De Budaeo et eius variis libris rarioribus, praecipue de commentariis L. Gr. variisque eorum editionibus vberius egit *Freytag* in adpar. litter. tom. I. p. 375. ſqq. maxime de commentariis p. 379. ſqq., qui ſecundam editionem prodiiſſe adnotat Baſil. 1530. fol. et forte, ait, eadem et vna eſt editio, quam Jo. Ludolph. Bünemann. in catal. MSS. et libro-

rum

rum rariſſ. p. 46. *Coloniae* 1530. prodiiſſe adfirmat. Enimuero haec *Colonienſis*, quam ipſe habeo, editio diuerſa eſt et in fronte et in calce a Baſileenſi. Inſcriptio Colon. haec eſt: *Commentarii L. Gr. Guil. Buddaeo*, conſiliario aulico ſupplicumque libellorum in Regia Magiſtro, *auctore*. Infra ſymbolum typogr., circa quod legitur *ſymbolum Sanitatis*, ſcriptum exſtat: *Coloniae, opera et impenſa Joannis Soteris.* an. MDXXX. *menſe Martio. Cum gratia et priuilegio imperiali ad Sexennium.* In folio ſecundo ſequitur epiſtola Budaei ad regem Franciſcum graece ſcripta, Paris. 1529; tum index vocc. graec. locupletior, quam antea eſſet, factus, inque ordinem redactus meliorem; poſtea index latin. vocc. quae ſubinde in hiſce comment. explicantur. Illos indices excipiunt commentarii, in quorum fine legitur Budaei epiſtola gr. τῶν νέων τοῖς τῶν ἑλληνικῶν λόγων ἐφιεμένοις. Denique in vltima pagina inſigne idem Soteris typographicum, pauliſper tamen diuerſum ab eo, quod et in fronte libri et in *Fr. Roth. Scholtzii* theſauro ſymbolorum et emblematum (typograph.) ſect. 44. nr. 449. cernitur.

Ad pag. 50. ſub. fin.

Zeunii operam in emendando locupletandoque Vigero-Hoogeveen. libro poſitam acrius culpauit *Hoogeveen.* in libello: *Zeunii* animaduerſſ. in Franc. Vigeri de praecipuis L. Gr. dictionibus librum, ad iuſtam exami-

mis lancem reuocatae, Leidae. 1781. 8. et varias nouasque inferuit obſſ. His vſus eſt, adiectis nouis emendationibus, Zeune in altera editione: *Vigerus* — de praecipuis L. Gr. dictionibus liber; cum animaduerſſ. *Henr. Hoogeveen*, quibus adiunxit et ſuas *J. Car. Zeune*. Edit. altera auctior et emendatior. Lipſ. 1789. 8. — cum Hoogeuenii et Zeunii animaduerſſ. edidit et auxit *Godofr. Hermannus*. Lipſiae 1802. conf. nou. bibl. vniuerſ. Berol. vol. 81. part. II. faſc. 5. — 8. a. 1803. pag. 504. ſqq.

Conf. etiam *Eberh. Gottlob. Glandorfii* P. I. Idiomata graeca, qua ratione ſint in ſcholis tradenda, idoneamne ſuaſerint Vigerus et editores Vigeri. Onoldi. 1782. 4.

Ad pag. 52. §. 15. *lin.* 2.

In vol. VI. m. edit. pag. 680. ſqq. — De *rhythmo* et *metris* Graecorum adhuc memorandi ſunt: *Iſaac. Voſſius* de poematum cantu et viribus rhythmi. Oxon. e theatro Sheldon. 1672. mai. 8. — Anonymi de rhythmo Graecorum liber ſingularis, in vſum iuuentutis collegii Aen. Nas. etc. Oxon. 1789. — Inprimis commendandi ſunt.:

Godofredi Hermanni de metris poetarum graecorum et romanorum libri III. Lipſ. 1796. mai 8. (conf. ephem. litt. Lipſ. a. 1796. plag. 29. pag. 281. ſqq. et Gotting. a. eiusd. p. 2049.

Eiusdem *Handbuch der Metrik*. Lipſ. 1799. 8. (conf. ephem. litter. Gotting. a. 1799. p. 473.

473. ſqq. et de vtroque opere Jen. A. L. Z. a. 1800. nr. 368. p. 705. ſqq.)

Huc quoque referri poteſt: *Chriſt. Guil. Ahlwardti* Pr. *Bemerkungen über einige Stellen griechiſcher Dichter*, (in hoc Pr. iambi quidam in nonnullis Aeſchyli locis emendantur,) *vorzüglich in Rückſicht des Sylbenmaſses.* Oldenburg. 1801. 4. conf. cenſuram in *Beckii* comment. ſoc. phil. Lipſiens. I. part. 2. p. 204. ſeqq.

Ad pag. 55. §. 16. lin. 6.

Acceſſit *Adami Franc. Kollarii* ad Petri Lambecii commentarior. de auguſta bibl. caes. Vindobon. libros VIII. *ſupplementorum liber primus poſthumus* Vindob. 1790. fol.

Ad pag. 56. med.

Multorum codd. adpendicem ad Zanetti catal. ſ. graecam D. Marci bibliothecam etc. dedit cel. *Villoiſon* in Anecdotis graecis, tom. II. p. 247 — 249. — Inprimis commendanda eſt *Jac. Morelli* bibliothecae regiae D. Marci Venetiarum cuſtodis bibliotheca MSta graeca et latina. Tom. I. Baſſani. 1802. mai. 8.

Haud paucos codd. gr. memorat *Franc. Anton. Zacharias* in Itinere litterario per Italiam ab a. 1753 — 1757. Venetiis. 1762. 4.

Ad pag. 57. fin.

Aſſemannus in bibl. orientali Clementino-Vatic. I. Romae. 1719. fol. dedit catal. codd. graecorum p. 513. bibliothecae Papae Pii II. et pag. 598. Abrahami Maſſad Maronitae.

Ad

Ad pag. 68. lin. 5.

Add. ſupplementa ad Notitiam breu. I. pag. 16. ſqq. et de catalogis potioribus pag. 27. ſqq. ac part. II. p. 475. ſq. — Typographos prae ceteris notatu dignos recenſent *Struuius* et *Iuglerus* in Biblioth. hiſtor. litterariae ſelecta, tom. III. Jen. 1763. mai. 8. p. 2087. ſqq. 2140. ſqq. 2172. — 2237.

Ad pag. 74. fin.

De *Danis*, etiam philologis atque antiquariis, v. *Alberti Thura*, Laurentii Fil. *idea hiſtoriae litterariae Danorum*, in duas partes diuiſa, quarum prior Danorum linguam, ſcholas, gymnaſia, academias, collegia academica, honores academicos, Profeſſores, ſtudioſos, bibliothecas, bibliothecarios, typographea, et bibliopolia breuiter recenſet; poſterior ſtudiorum in Dania per duo fere ſaecula poſteriora originem, progreſſum et fata complectitur. Hamburgi. 1723. 8. inprimis p. 329. ſqq. de Danorum meritis in linguam graecam et graecos auctores. — Catalogum Virorum doctiſſimorum, in graecis litteris optime verſatorum laudeque eruditionis florentium, poſſe, ſi opus ſit, valde augeri, nemo negabit; nec vero vllius famae laudique omiſſione illorum nominum detrahetur.

Ad. pag. 75. lin. 8.

Corr. *emendandis.*

Ad

Ad pag. 78. lin. 11.

Dawesii miscellanea critica recudi feci, Lipsiae. 1800. mai. 8. — Praeter ea commemorare iuuat libros quosdam, in quibus graeci quoque auctores critice tractantur.

Dissertationes selectae criticae de poetis graecis et latinis, nempe *Jac. Palmerii* Κριτικον ἐπιχειρημα pro Lucano contra Virgilium ex scriniis J. Berkelii; *A. F. Ren. Rapini* comparatio Homeri et Virgilii e Gallico in Latinum translata; *D. Blondelli* comparatio Pindari et Horatii; *Jac. Tollii* poetarum latinorum cum graecis comparationes, nempe Pindari et Horatii, Theocriti et Virgilii, Apollonii et Ouidii, Petronii et Virgilii, Senecae et Sophoclis. Omnes simul recensuit et edidit *Janus Berkelius*, Abr. fil. Lugd. in Bat. 1707. 8.

Gotefridi Richteri, Bernsbacensis, specimen obseruationum criticarum in varios auctores graecos et latinos. Jenae 1713. 8. A pag. 76. critice is persequitur loca 1) in *Origenis* philosophumenis, 2) in *Aeliani* varr. historiis, 3) in *Callimachi* fragmentis, a Rich. Bentleio collectis, 4) in *Menandri* et *Philemonis* reliquiis, a Clerico congestis.

Theodori Sellii, Vesalienſis, specimen obseruationum miscellanearum. Lugd. B. 1718. 8.

Aug. Matthiae Obseruationes criticae in Tragicos, Homerum, Pindarum etc. Gottingae. 1789. min. 8. In annalibus litter. Helmstadt. 1789. m. Aug. pag. 160. sqq. laudatur quidem auctor; plura tamen loca vel vindi-

can-

cantur a criſi Matthiae, vel aliter explicantur et corriguntur. — *Eiusdem* Obſeruatt. in quaedam poetarum graecorum loca, *in neuem Magazin für Schullehrer*, edit. a Ruperto et Schlichthorſt, tom. III. part. 2. Bremae. 1795. 8. In eodem promtuario ſunt variorum VV. DD. obſeruatt. ad var. auctores gr. aut emendationes paſſim editae collectaeque.

Muſeum Turicenſe aperuit *Jo. Jac. Hottingerus*, volum. primi tomus prior. Tiguri. 1782. 8. — tom. poſterior, ibid. eod. anno. Huc pertinent *Jo. Jac. Steinbruchelii* ep. ſuper loco difficili Sophoclis et Obſſ. ad Euripidis Hecubam, atque *J. Jac. Zimmermanni* vindiciae Anaximandri et Anaximenis.

Muſei Oxonienſis litter. faſcic. ſecundus, quo continentur aliae *Corrayii* emendatt. in Hippocratem, *Thomae Gray* in Platonem obſeruatt., *Jac. Burnet* in Herodotum, ſupplementum *Tyrwitti* edit. Ariſtotelis de A. P. et alia, prodiit Londini. 1797. 8. de I. faſc. v. Add. ad. Introd. II. 2. p. 321.

Jo. Bapt. Caſp. d'Anſſe de Villoiſon epiſtolae Vinarienſes, in quibus multa veterum ſcriptorum loca emendantur ope librorum ducalis bibliothecae, Tiguri. 1783. 4.

Jo. Henr. Juſt. Köppen Pr. Animaduerſſ. in ſcriptores gr. exhibet etc. Hannou. 1787. 8.

Chriſtiani Friderici Matthaei (olim Profeſſoris vniuerſitatis Moſquenſis, in praeſenti P. P. O. Witebergenſ.) *Lectiones Moſquenſes vol.* I. Lipſiae. 1779. 8. In hoc volumine I. continentur: 1) *Jo. Chryſoſtomi* ho-

homilia quaedam; 2) ſpecimen catenae ineditae ad IV. Euangeliſtas; 3) Excerpta ex anonymi libello medico; 4) Exc. ex grammatica *Georg. Lecapeni*; 5) Notitia codicis *Columellae* et ad eius librum X. ex eodem V. L. 6) variae lectiones ad *Aratum*; 7) variae lectt. ad *Cleomedis* librum I. de meteoris. — *Volum* II. eod. anno; in eo ſunt: 1) *Seueriani* oratio quaedam; 2) *Gregorii Theſſalon.* (Palamae) dialogus, qui inſcribitur Theophanes; 3) Scholium *Theodori Studitae*; 4) Fragm. *Gregorii Nazianzeni*; 5) ſpecimen ſcholiorum in Pſalmos; 6) Interpretatio ſymboli; 7) gloſſarium paruum in epiſtolas apoſtolorum; 8) varr. lectt. ad *Plutarchi* lib. de placitis philoſophor. 9) animaduerſſ. ad modo laudatum gloſſar. in epp. apoſtolorum.

Multorum graecorum auctor. loca emendantur, corriguntur, vindicantur, vel illuſtrantur et explicantur in *Actis litterariis ſocietatis Rheno-Traiectinae*. Lugd. B. tom. I. 1793. — tom. II. 1795. — tom. III. 1801. 8.

Gilbert Wakefield Silua critica, ſiue in auctores ſacros profanosque commentarius philologicus. Cantabr. Partt. I. — III. 1789 — 1792. Londini. part. IV. et V. 1793. — 1795. 8. Sagacitas ingenii aeque celebratur, ac nimium emendandi, praecipue loca noui foederis, ſtudium culpatur. Atque Wak. coniecturas in N. T. examinare coepit cel. *D. Henr. Car. Alexand. Haenlein*, Theol. Erlang. in Pr. quorum ſextum, ſ. Examinis curarum criticar. atque exeget. Gilb. Wakef. in libros

N.

N. T. partic. VI. ſtricturas in euangel. Matthaei continens prodiit. Erlang., 1803. 4.

Jo. Steph. Bernhardi, Reliquiae Medico-criticae. Editit *D. Chriſti. Godofr. Gruner.* Jenae. 1795. 8.

Gotthold Ephr. Leſſing, Reliquiae philologicae etc. (*philologiſcher Nachlaſs über griechiſche und römiſche Schriftſteller;*) adpendicis loco additae ſunt libro: *G. Ephr. Leſſings Leben, nebſt ſeinem noch übrigen litterariſchen Nachlaſs — — von deſſen Bruder Karl Gotthelf Leſſing*, part. I — III. Berol, 1793 — 1795. in part. III. nr. 2. p. 252. ſqq. Emendantur aut explicantur illuſtranturque loca graeca Homeri in Odyſſea et Batrachomyomachia, in Aeſchyli Agamemnone, Euripidis Jone, in Muſaeo, Xenophontis Cyropaedia, Luciano, Plutarcho, in Gale opuſcul. mythologicis, Diogene Laertio, Demetrio Phalereo, Suida, Themiſtio, et Euſtathio in comm. in Homeri Iliada.

Quae *Leſſing.* paſſim in ſcriptis ſuis in ſcriptores gr. et latin. commentatus erat, ea collegit Reichenbach. latine vertit ediditque et inſcripſit:

Gotth. Ephr. Leſſingii Obſeruatt. criticae in varios ſcriptores graecos atque latinos ex operibus eius collectae atque in ordinem redactae a *Frid. Jac. Reichenbachio*, Art. M. et ſcholae Thom. Lipſ. coll. V. Berolini. 1794. 8.

Illuſtrantur aut emendantur e graecis auctoribus loca Ariſtotelis, biographi anonymi Sophoclis, Clementis Alexandrini, Euſebii

bii in Chronico, Ignatii, Joannis apoſtoli in Apocal. Conſtanti Manaſſis, Pauſaniae, Petri apoſtoli, Plutarchi, et Suidae.

Analecta philologica, auctore *Jo. Arn. Kanne*. Lipſ. 1802. 4. Continentur 1) *Themiſtoclis* epp. critice explicitae; 2) epigrammata graeca; 3) diſputatt. de myſteriis Orphicis.

Frid. Guil. Ehrenfried. Roſtii, Rectoris ſcholae Thomanae, Pr. Analectorum criticorum in varios ſcriptorum graecorum locos faſciculus. Lipſ. 1802. 4.

Miſcellanea philologica. Edidit *Auguſt Matthiae*, Gymnaſii Altenburg. Director. Altenburgi. vol. I. part. I. et II. 1803. 8.

De *Gruteri* theſauro critico aliisque libris criticis egi in Notitia breuiore. pag. 50. ſqq. et in ſupplement. I. pag. 39. ſqq., vbi ad p. 44. adnoto, me interea nactum eſſe tomum ſeptimum. Francof. ap. viduam Jonae Roſae. 1634. 8. In inſcriptione dicitur *Lampas — tomus ſeptimus, qui recens caeteris acceſſit, ex otioſa bibliothecarum cuſtodia erutis a Jano Grutero.* Enimuero huius tomi auctor non eſt Gruterus, ſed ingratus eius diſcipulus, *Jo. Philipp. Pareus*, nec aliud quidquam, praeter obſeruatt. criticas in Plautum continet, et in Gruterum inuectiuas.

Nubem ſcriptorum criticorum excitatam reperies in catal. bibl. *Bünau.* tom. I. vol. III. p. 1873 — 1883. et de arte critica, cap. XV. pag. 1884. ſqq.

Ad

Ad §. 19. pag. 79. ſqq.

In lin. 7. leg. *memoranda* — De *Philoxeni* etc. gloſſar. v. Introd. II. part. I. pag. 404. — De Etymolog M. aliisque v. Fabric. B. Gr. vol. VI pag. 598. ſqq. — Et de Gloſſariis ab H. Stephano, Bonau. Vulcanio et Labbeo editis, Fabric. ib. p 635. ſqq. — Etymologica et Lexica graeca varia in typograph. *Nic. Glykis* ex Joannina, Venetiis ante an. 1798. excuſa, nominantur in eius catalogo, excerptaque leguntur in Lipſ. A. L. Anz. 1799 nr. 67. — De *Varini Phauorini* Lexico etc. Fabric. l. c. pag. 648. ſqq.

Ad pag. 80. med.

Saxius in Onom. II. p. 159. „*Etymologici*, ait, *Magni* incertus auctor circiter a. Chr. 990. vocabulorum ſermonis graeci cauſſas indagaſſe et collegiſſe fertur. Mihi ſaltem *Suida* recentior, et *Thom. Wartono* in praefat. ad Theocritum p. XV. not. I. a. dom. clo. forte antiquior viſus eſt." Idem plura de incerta auctoris aetate, et de cod. ſ. apographo bibl. Vltraiectinae diſſerit. Conf. *Mitſcherlich*, in Lipſ. *allg. littr. Anz.* a. 1800. nr. 157.

Pag. 81. lin. 22. leg. pag. 512.

Pag. 82. De *Stephani theſauro* huiusque duplici editione aliisque lexicis recentior. v. *Fabr.* l. c. pag. 651—677.

Ad pag. 83. fin.

Hederich primum edidit Lexicon ſuum manuale etc. a. 1722. *Hederico-Erneſtin.* Lex. ma-

manuale gr. prodiit quoque cura *Will. Young.* Londini. 1755. 4. v. *Oſmont* Diction. typogr. I. p. 339. — auctum a *Tho. Morell.* Lond. 1778. 4. — cura *M. Wendleri* ed. quarta, auctior et emendatior. Lipſiae et Londini. 1796. mai. 8. — Ex Hed.-Erneſt. Lexico maximam partem ortum eſſe videtur M. *Chriſti. Zimmermanni* ill. Gymn. Stutgard. Prof. nouum Lexicon manuale graeco-latinum et latino-graecum in vſum ſcholarum etc. Stutgard. 1771. mai. 8.

Ad pag. 84. lin. 5.

Vollbeding ſuppleuit auxitque Lexicon ſuum in: 1) *Geographiſch. Zuſätzen und Erläuterungen zum gr. deutſch. Handwörterbuch.* Lipſ. 1787. 8. — 2) *Supplementen, Emendationen u. Berichtigungen etc.* Lipſ. 1788. 8. 3) *Deutſch-griechiſch. Handwörterbuch.* ib. 1790. 8.

Cel. *Schneider*, Prof. Francofurt. ad Viadrum, egregium condidit Lexicon, ab aliis minoribus valde diuerſum. *Kritiſches griech.-deutſches Handwörterbuch beym Leſen der griech. profanen Scribenten zu gebrauchen.* Züllichau. et Lipſ. pars. I. 1797. — pars. II. 1798. m. 8. in praefat. ad part. II. critice perſequitur litteraturam lexic. multorum graecorum. *F. Guil. Riemer* id contraxit cum inſcriptione: *J. G. Schneiders Kleines griech. deutſches Wörterbuch, ein Auszug aus deſſen gröſſerm.* I. Sect. A.-L. Jenae 1802. mai. 8. — *J. Gottfr. Haas* edidit Lexicon graeco-german.

man. (*Vollſtändiges griech.-deutſch. Wörterbuch etc.*) diligenter confectum, in quo multa ad geographiam et hiſtoriam antiq. pertinentia adtulit, et ad originationem atque ſignificationem vocc. linguam quoque hebraicam comparauit, II. partt. Lipſ 1796. et 1801. conf. Jen. A. L. Z. a. 1797. nr. 252.

Jo. Frid. Jac. Reichenbach, Conr. ſcholae Thomanae Lipſ. *Allgemeines griech.-deutſches Handwörterbuch zum Schulgebrauche.* I. Band. A — K. Lipſ. 1801. 8.

Quod is in praefatione ad tom. I. in Schneideri Lexico gr. plura deſiderabat, et culpabat, Schneid. prudenter et modeſte ſe defendit, *in Intellig.-Blatt der Jen. A. L. Z.* nr. 145. m. Aug. a. 1801. p. 1166 ſqq.

Haaſii et Reichenbachii Lexica recenſentur copioſe et comparantur tam inter ſe, quam cum Lex. Schneideri, multis adſperſis doctis animaduerſionibus; eadem multis locupletantur, vocabulorum ſignificationibus ex auctoribus gr., quorum loca citantur, in Lipſ. *Jahrbuch der neueſten Litteratur* a. 1802. ſcid. 211. et 212.

Bentoti Lexicon τριγλωσσον. Vindob 1791. commendatur in Wieland. nouo Mercurio germ. 1802. part. VIII. m. Aug.

In catal. Nic. Glykys. Venetiis 1798. 8. citatur *Lexicon Georgii Conſtantini*, in ſcholis Graecorum frequens: Λεξικὸν Γεωργίου τετράγλωσσον, ἑλλην. ῥωμαϊς. ἰταλ. λατιν. παρὰ Ἀντωνίῳ τῷ πορτόλῃ. 1757. — Γεωργίου τετράγλωσσον, περιέχον δηλαδὴ τὰς τεσσάρας διαλε-

λέκτους, ἑλληνικὴν πεζὴν, ἤτοι ἁπλὴν γραικὴν, λατινικὴν. καὶ ἰταλικὴν· πρῶτον μὲν συνταχθὲν καὶ φιλοπονηθὲν, καὶ εἰς φῶς ἀχθὲν σπουδῇ καὶ πόνῳ Γεωργίου Κωνσταντίνου, ἐξ Ἰωαννίνων· νῦν δὲ αὐξηθὲν καὶ προσθήκῃ 1785 λέξεων καὶ πλουτισθὲν πολυείδεσίν ἱστῶρ. καὶ μυθολογ. εἰδήσεσιν ἐν Βενετίᾳ. 1786 tom. I παρὰ Δημητρίῳ Θεοδοσίου τῷ ἐξ Ἰωαννίνων. min. fol. Eſt opus admodum imperfectum. Conf. cl. *Alter* in Lipſ. A. L. Anz. nr. 184. m. Nov. 1800 col. 1815. qui animaduertit, tomum II. nondum in lucem emiſſum eſſe; priorem editionem fuiſſe repetitionem Varini Lex. cum additamentis Conſtantini, Joannienſis, Venetiis circa 1786. mortui; tertiam quoque comparuiſſe editionem; atque *Anthymum Gazem* plenum Lexicon gr. antiquae et recentioris linguae, quod copia vocabulorum omnia alia ſuperet, eſſe editurum. Add. eumdem cel. *Alter* ibid. a. 1801. nr. 31. p. 290. ſq. de nouo promiſſo Lex. gr. III voll. forma max. — Atque *Anthymus Gazis*, archimandrita, edidit Proſpectum Lexici gr. promiſſi, Vindob. 1801., quem in compendium contractum, ſuisque obſſ. inſtructum reddidit cl. *D'Anſſe de Villoiſon.* (Extrait du Proſpectus, ecrit en grec vulgaire, d'un Dictionaire grec etc.) in *Millin* Magaſin encyclop. VIII. an. (1802.) tom. I. nr. 2. p. 214. ſqq. et inde pauca ſtnt excerpta in *Beckii* comm. ſoc. philol. Lipſ. vol. III. part. I. pag 146. ſq.

Λεξικὸν ἁπλορωμαϊκον, Γερμανικὸν καὶ Ἰταλικὸν. *Neu griechiſches Deutſch - Italieniſches*

ſches Wörterbuch. Herausgegeben von D. Karl Weigel. Lipſ. 1796. mai. 8.

Vtiſſilimus et doct. liber eſt: *Lexicon technochologiae Graecorum rhetoricae.* Congeſſit et animaduerſionibus illuſtrauit *Jo. Chriſti. Theoph. Erneſti*, Philoſ. Prof. Lipſ. Lipſiae. 1795. mai. 8.

Non ſolum ad opera Hippocratis, ſed etiam reliquorum medicorum graecorum facilius legenda riteque interpretanda, immo ad rectam aliorum auctorum gr. et gr. ipſius linguae intelligentiam pleniſſimum opus eſt:

Oeconomia Hippocratis alphabeti ſerie diſtincta; in qua dictionum apud Hippocratem omnium, praeſertim obſcuriorum, vſus explicatur et velut ex ampliſſimo penu depromitur, ita vt *Lexicon Hippocrateum* merito dici poſſit. *Anutio Foeſio*, Mediomatrico medico, authore. Erancofurti. ap. Andr. Wecheli heredes, Claud. Marnium et Jo. Aubrium. 1588. fol.

Ad §. 20. *pag.* 91.

Aliquot eiusmodi collectiones plene recenſentur in Reliquiis aliquot libror. libellorumque ex bibl. *J. A. Rieggeri*, Eq. ſcrin. I. Vindob. 1784. 12. p. 66. ſqq.

De veteribus *Gnomicis* diligenter agitur in libro inſcripto: De veterum poetarum ſapientia gnomica, Hebraeorum in primis et Graecorum, commentatus eſt *Vlricus Andreas Rhode.* Hauniae. 1800. 8. add. ſuppl. in tom. II. Introduct. etc. part. II. p. 322.

Σκόλια

Σκόλια, hoc eſt, *carmina conuiualia Graecorum* metris ſuis reſtituta et animaduerſionibus illuſtrata, praemiſſa diſquiſitione de hoc genere carminis. Edidit *Carol. David. Ilgen*, philoſ. et LL. OO. P. P. O. in acad. Jenenſi. Jenae. 1798. 8. Conf. *neue allgem. deutſche Bibl.* vol. 58. part. II. faſc. 7. a. 1801. p. 469. ſqq.

Quae in *Fabricii* B. Gr. vol. IV. lib. III. cap. 32. pag. 413. ſqq. de Anthologia gr. eiusque antiquis collectoribus, Meleagro, Philippo, Agathia, Conſtantino Cephala, Maximo Planude, et de editionibus etc. collegi et diſputaui, ea hic repetere nolo. Praeclara tamen ſupplementa atque emendationes ſuppeditauit cl. *Chardon-la Rochette* in Magaſin Encyclopedique. Paris. tom. I. et II. IVme année et tom. II. V^e^ année. Multa etiam rectius meliusque docuit et hiſtoriam epigrammatum graec. tam ſcriptorum quam editorum concinnauit, et de Meleagro reliquisque antiquioribus collectoribus docte egit cl. *Frider. Jacobs* in prolegomenis ad Anthologiae graecae tomum VI. ſiue animaduerſt. in epigrammata anthologiae gr. vol. I. partem priorem. Quae quidem h. l. tantummodo commemorare ſufficiat. — Cura enim et diligentia cel. *Jacobs* Brunckiana editio multo ornatior, eruditisque animaduerſſ. inſtructa, reſciſſis tamen carminibus Gnomologicorum, Anacreontis, Sapphus, Erinnae, Callimachi, Theocriti, Bionis, Moſchi aliisque, quae ad Anthologiam non pertinent, prodiit:

Anthologia graeca ſiue poetarum graecorum lufus Ex recens. Brunckii. Tom. I. — IV., qui textum epigrammatum graecum continent, Lipſiae. 1794. 8. — tom. V. qui indices complectitur. a. 1795. — tom. VI — IX. a. 1798. — 1800., qui comprehendunt notas et peculiarem quoque habent inſcriptionem: *Frider. Jacobs* animaduerſiones in epigrammata anthologiae graecae, ſecundum ordinem Analectorum Brunckii, vol. I. pars I. et pars ſecunda, 1798. — vol. II. pars I. 1799. — pars II. 1800. 8. — vol. III. pars I. (ſiue Anthologiae tom. XI.) 1802. 8. (*v. Brehm. bibliogr. Handbuch.* tom. II. pag. 84. ſqq.) — Idem V. D. ediderat Emendationes in epigramm. Anthologiae Graecae. Lipſ. 1793. 8. v. Addenda etc. ad Introd. p. 322. ſq. — Saepius ſub prelo ſudauit: *Nouus graecorum epigrammatum et poematum delectus* cum noua verſione et notis, opera *Th. Johnſon*, A. M. in vſum ſcholae Etonenſis. Londini; edit. tertiam a. 1706. 8. citauit *Fabr.* B. Gr. vol. IV. p. 448. vbi v. not. — ed. octauam emendatiorem a. 1740. 8. ipſe habeo, et ed. decimam a. 1767. alicubi indicatam vidi. Adiecit quaedam Anacreont. et Theognid. Moſchi amor. fug. et Pythag. A. C.

Hugon. Grotii verſionem, a multis deſideratam laudatamque tandem in lucem protulit *Hieron. de Boſch*, et inſcripſit:

Anthologica graeca cum verſione latina Hugonis Grotii, edita ab Hier. de Boſch. Vltraiect. tom. I. 1795. mai. 4. pag. VII — XX. ſunt

ſunt Hug. Grotii prolegomena ad hanc Anthologiae editionem. Textus eſt Wechelianus hinc inde refictus, idemque ordo. Verſio Grotii laudatur in ephemerid. Gotting. litter. a. 1795. plag. 196. — tom. II. ibid. 1797. continet libr. II. et III. Anthol. Planudeae. Boſch non probat Brunckii mutationes, quarum multas correcta ed. Aldina. a. 1521. reiicit. Conf. ephem. litt. Gotting. a. 1797. nr. 152. p. 1515. ſqq. — tom. III. ibid. 1798. continet reliquam partem Anthol. Planud. cum verſione Grotii, et IV. mantiſſas, n. II. adpendices Aldi et II. Stephani cum Gruteri inſcriptionibus aliisque ſingulatim repertis et editis. Conf. Jen. A. L. Z. a. 1799. nr. 306. et 307. ac Gotting. ephem. litter. a. 1799. p. 2021. ſqq. Inprimis de tribus tomis cel. *Chardon-la-Rochette* in Magaſin encyclop. VI. an. Meſſidor a. 8. p. 304. ſqq. et *Beckii* comment. ſociet. phil. Lipſ. tom. I. p. 107 — 123. vbi Chardoni Rochettii cenſura Boſchianae edit. latine verſa, eſt repetita. — tom. IV. complectetur emendationes atque animaduerſiones VV. DD. in gr. Anthol. et inedita epigrammata ad Ald. edition. cum varr. lectt. cod. Heidelberg. (nunc Pariſini.)

Opuſcoli Poſtumi di Giouanni Paolo Ricolui, continenti 1) ſaggio ſulla critica poema del ſign. Aleſſandro Pope, tradotto dall' Ingleſe in verſi ſciolti. 2) *Diſſertazione ſoura l'Antologia, o ſia Raccolta di Epigrammi Greci.* 3) Lezione accademica ſoura *Menandro*, et i frammenti delle di lui commedie.

4) *Homeri* Batrachomyomachia Latino atque Italo metro reddita. Corredati di varie critiche annotazioni. In Torino, MDCCLXXVII. (1777. hanc anni notam prae se fert meum exemplar, alibi citatum a. 1762. reperis) nella ſtamperia reale. in 4. *Ricolui* in diſſ. de Anthol. LX. epigrammata, et tria in lectt. acad. de Menandro dedit cum lat. et italica verſione, atque interdum illuſtrauit notis.

Epigrammi tratti dal greco, dall' abbate *Carlo Felici*, Profeſſore di belle Lettere, in offic. Seminarii Fraſcati. 1787. 8. ſunt CXLV. epigrr. italice verſa.

Frid. Jacobs V. Cl. acceperat ab Vhdenio XXII. epigrammata, adhuc inedita, ex cod. olim Vaticano deſcripta, eaque publicauit, ac pag. 137 — 204. emendauit illuſtrauitque in libro: *Animaduerſiones criticae in Calliſtrati ſtatuas et Philoſtratorum imagines. Accedit deſcriptio nondum edita Anaglyphorum in templo Apollonidis*; ſiue, *Exercitationum critic. in ſcriptores vett.* tom. II. Lipſ. 1797. 8.

Epigrams translated in to engliſh Verſes from the Original greek and ſelected from the Compilation of Rich. Fr. Ph. Brunck, publ. at Strasburg. 1773. Londini. ap Robinſons. 1789. min. 8. cum notis, v. the monthly Review for April. 1792. p. 381. ſq. et *neue Bibloth. der ſch. Wiſſenſch. u. der Künſte*, tom. L. part. I. p. 175. ſq. — Plura epigrammata *germanice* verſa ſunt ab *Herdero* iam laudato, — a *Toblero* in: *Schweizeriſchen Muſeum*, an. 1785. p. 788. ſqq. a. 1786. p. 574. ſq. a. 1787.

1787. p. 992. ſqq. — a *Cludio* in: *Bibliothek der alt. Litt. u. Kunſt*, part. I. et III. — a *Tonning* et *Sonntag* in: *Quartalſchrift für ältere Litter. und neuere Lecture*, a. 1784. III. Quart. et a. 1785. faſc. VI. a *Sonntagio* in: *Zur Unterhaltung für Freunde der alten Litterat.* faſc. I. Rigae. 1790. 8. p. 9. ſqq. p. 77. ſqq. p. 104. ſqq.

Com. de Vargas ſull' Epigramma greco. Siennae. 1790. 8. — rec. ibid. 1796. 16. et in eiusdem *Opera Italiane*, Turini, apud Mich. Angel. Morum. 8. tom. III. — In linguam german. conuerſus eſt libellus: *Ueber das griechiſche Epigramm. Ein Verſuch von Eduard Romeo Grafen von Vargas; aus dem Italieniſchen überſetzt von F. H. Bothe.* Berol. et Stettin. 1798. 8.

Ennius Quirinus Viſconti in libro: Inſcrizioni Greche Triopee, ora Borgheſiane, con verſioni et oſſeruationi, Romae. 1794. 4. Quinque epigrammata, maximam partem ex rom. cod. Anthol. ineditae adiecit, quorum poſtremum, ab *Antiphilo* confectum, emendauit cenſor, (cel. *Eichſtädt*,) in J. A. L. Z. a. 1796. nr. 61. m. Febr. col. 488. Atque *Fiorillo*, qui nouam earumdem Inſcriptionum curauit edit. cuius index eſt: *Herodis Attici quae ſuperſunt*, adnotationibus illuſtrauit *Raphael Fiorillo*, bibl. regiae acad. Georg. Aug. a Secret. etc. Lipſ. 1801. mai. 8. eadem et alia edita epigrr. emendauit expoſuitque. — Omiſſis aliis collectionibus atque edd. memorandae ſunt: — *Anthologia ſelecta* ad vſum ſtudio-

dioſae italicae iuuentutis. Liburni. 1753. 8. (64. pagg.) Continet 102 epigrr. editore *Jo. Bapt. Zemobettio.* — *Anthologia minor* ſ. florilegium epigrammatum graecor. ex Anthologia Planudea et Brunckii Analectis ſelectorum, adiectis verſſ. lat. Hug. Grotii, auctore *Jo. Arn. Kanne*, Hal. Sax. 1799. 8.

Sagaces in Anthолog. gr. animaduerſſ. ſcripſit *Ludou. Purgold in Obſſ. criticis in Sophoclem, Euripidem etc.* Jen. 1802. 8. cap. 18. p. 277. ſqq.

Sed ne nimis extra oleas vagari videar, h. l. tantum adhuc commemorabo egregia acuteque ſcripta:

Analecta critica in Anthologiam graecam, cum ſupplemento epigrammatum maximam partem ineditorum. Collegit Imm. G. Huſchke. Jenae et Lipſ. 1800. mai. 8.

Ad pag. 98. fin.

Cononis narrationes; *Ptolemaei* hiſtoriae ad variam eruditionem pertinentes; *Parthenii* erotica gr. cum notis variorum et ſuis emendatius edidit, ac de eiusdem nominis veteribus ſcriptoribus praefatus eſt *L. H. Teucher.* Lipſ. 1794. 8.

Ad pag. 104. lin. 8.

Graecorum chirurgici libri. Sorani lib. de fracturarum ſignis. Oribaſii duo de fractis et luxatis, e collectione Nicetae. Ed. *Anton Cocchius.* Florent. 1754. fol.

Ad

Ad pag. 105. med.

Hiſtoricorum Graeciae principum perditorum, (n. Theopompi, Ephori, Philiſti, Anaximenis, Calliſthenis, Clitarchi etc.) fragmenta editurus eſt *Georg. Frid. Creuzer*, Prof. Marburg. et conſilium ſuum expoſuit in *Beckii* comment. ſoc. philol. Lipſ. II. 2. p. 335. ſqq.

De ſcriptoribus hiſtoriae *Byzantinae*, edit. et nouis acceſſionibus v. *Fabr.* B. Gr. vol. VII. p. 518. ſqq.

Notatu digna quoque ſunt, et rariora inuentu:

Leonis Allatii Συμμικτα ſ. opuſculorum graecorum et latinorum vetuſtiorum ac recentiorum, libri duo. Edente, nonnullis additis, *Bartoldo Nihuſio*. Colon. Agripp. 1653. 8.

Ad pag. 108.

Anecdota graeca, quae ex Mss. codd. nunc primum eruit, Latio donat, notis et diſquiſitionibus auget *Ludouic. Anton. Muratorius*. Patau. typis ſeminarii. 1709. 4.

Ad pag. 110. med.

Anthologiam graec. poet. iterum edidi multo auctiorem etc. Baruthi. 1792. 8.

Ad pag. 111.

Noua Chreſtomathia tragica, graeco-latina. Edita a *Jo. Car. Volborth.* Gottingae. 1776. min. 8. Inſunt Aeſchyli Choephorae, So-

Sophoclis Electra, Euripidis Electra et Senecae Agamemnon.

Frid. Andr. Stroth Aegyptiaca ſeu veterum ſcriptorum de rebus Aegypti commentarii et fragmenta, Graece. pars I. Gothae. 1782. pars II. 1783. 8.

Siue delectum et ordinem particularum ſpectes, ſiue interpretationem, commendanda eſt *Koppeni* Anthologia: *Griechiſche Blumenleſe, mit erklärenden Anmerkungen, herausgegeben von Joh. Heinr. Juſt. Köppen etc.* III. part. Brunſuig. 1785—1787. 8. Lectu digna eſt introductio in hiſtoriam linguae, dialectorum et poeſeos Graecorum, parti III. praemiſſa.

Tetralogia Dramatum graecorum, Aeſchyli Agamemnon; Sophoclis Oedipus rex; Euripidis Phoeniſſae; Ariſtophanis Conciona-trices. In vſum ſcholar. (cur. *F. A. Wolf.*) Halae Sax. 1787. 8.

Gilbert Wackefield Tragoediarum delectus. tom. I. Hercules furens, Alceſtis, Euripideae, et Trachiniae, Sophoclea. tom. II. Jon, Euripidea; Philoctetes, Sophoclea; et Eumenides, Aeſchylea. In vſum ſcholarum. Londini. 1794. mai. 8. Eſt critica edit. ſcholis minus apta. cf. Jen. A. L. Z. a. 1796. tom. IV. p. 660. ſqq.

Ἐκλογαὶ ἱστορικαί. Selecta principia Hiſtoricorum, Herodoti, Thucydidis, Xenophontis, Polybii, illuſtres loci. Plutarchi vitae Demoſthenis et Ciceronis. Delectu, praefatione, adnotatione, diſcipulorum inſti-

tu-

tutioni accommodauit *Dan. Wittenbach*, Hiſt Eloq. Litt. gr. et lat. in illuſtri Athenaeo Amſtel. Prof. Amſtelod. 1794. 8. cum eruditis adnotatt. quae p. 337. incipiunt. conf. Ephem. litt. Gotting. a. 1796. plag. 63. pag. 628. ſqq.

Extraits des differens Auteurs grecs à l'vſage de l'école roy. militaire avec la Traduction françoiſe et les explications grammaticales des mots par *J. Fr. Vauvilliers*. Paris. 1786. 12. voll. VI.

Hiſtoriae mythologicae Chreſtomathia gr. ex ipſis auctoribus gr. excerpta, collecta, digeſta. Pars prima, Argiuor. Thebanor. Cretenſium et Atticorum hiſtoriam mythologicam tribus particulis complexa. Scholaſticae et academicae iuuentutis in vſum edidit *Cr. Sahl.* Hafniae. P. I. II. 1790. 8.

Griechiſche Anthologie, aus den beſten Dichtern geſammelt, nach den Dichtungsarten geordnet, und mit litterariſchen Notizen begleitet. Für Gymnaſien und Akademien. Herausgegeben von M. Fried. Rambach, Prof. der Alterthümer bey der Königl. Akademie der bildenden Künſte etc. Berol. 1796. m. 8. Laudatur in noua vniuerſ. Bibl. germ. vol. 30. part. I. faſc. 3. a 1797. p. 176. ſqq.

Ἀναλεκτα ἑλληνικα ἡσσονα *ſiue collectanea graeca minora*, cum notis philologicis, ad vſum tyronum accommodata, (per *Andr. Dalzel.*) Lond. ap. Murray. 1787. 8. — Ed. II. emendat. Edinb. 1792. 8. — Conf. Gotting. ephem. litt. an. 1792. nr. 192. p. 1926. ſqq.

Illa

Illa recudi fecit et paruum lexicon analyticum adiecit *J. Godofr. Grohmann*, A. M. et Philoſ. Prof. in acad. Lipſienſi. Lipſiae. 1797. mai. 8.

Ab eodem *Dalzelio* edita ſunt Ἀναλεκτα μείζονα, ſiue collect. gr. mai. ad vſum iuuentutis acad. tom. I. complect. excerpta ex variis orationis ſelectae ſcriptoribus cum notis philol. quas partim collegit partem ſcripſit *And. Dalzel.* Edinb. ed. II. emendatior. 1789. mai. 8. — tom. II. complectens excerpta ex variis poetis. Edinb. et Lond. 1797. 8.

Ἑλληνικὰ *ſeu antiquiſſimae Graecorum Hiſtoriae* res inſigniores vſque ad primam Olympiadem cum geographicis deſcriptionibus, e ſcriptoribus graecis collegit, digeſſit et vſui ſecundae claſſis ſcholarum accommodauit — M. *Car. Godofr. Siebelis.* Lipſiae. 1800. 8.

Μουσῶν ἄνθη, ſ. poetriarum graecar. carmina et fragmm. edidit, earum vitas, animaduerſſ. et indices adiecit *A. Schneider.* Gieſsae. 1802. 8.

Ἐκλογαὶ παιγτικαὶ, ſ. carmina gr. ſelecta. In vſum ſcholar. collegit et indic. inſtruxit *Aug. Matthiae.* Altenburg. 1802. 8.

Neues Leſebuch zur leichtern Erlernung der griechiſchen Sprache von Ch. Stolzenburg, Rector zu Anclam. Mit Anwendung der Hemſterhuys - Valkenaer - Lennepiſchen Grundſätze und einem vollſtändigen Wortregiſter nach der neuen Theorie der griechiſchen Coniugation eingerichtet. Erſte Abtheilung. Lipſ.

Lipſ. 1800. 8. conf. Gothan. ephem. litter. a. 1801. plag. 41. pag. 333. ſq.

Eclogae phyſicae hiſtoriam et interpretationem corporum et rerum naturalium continentes, *ex ſcriptoribus, praecipue graecis, excerptae*, in vſum ſtudioſae litterarum iuuentutis a *Jo. Gottlob Schneider.* volumen I. textum exhibens. Jenae et Lipſ. 1801. mai. 8. In II. ſectiones diuiſum eſt opus vtiliſſimum, ſecundum ordinem in compendiis ſuetum; textus eſt ſaepius, vel ex codd. correctus. Conf. ephem. litt. Gotting. a. 1801. plag. 27. p. 266. ſqq. alter tomus continet notas et indicem.

Memorare adhuc iuuat Anthologiam, a Neandro contextam, atque tam ab vtilitate, quam raritate commendabilem: Ἀνθολογικὸν — — *Anthologicum graeco - latinum*, h. e. inſigniores flores ſeu ſententiae, decerptae ex *Heſiodo*, *Theognide*, *Pythagora*, *Phocylide*, *Arato* et *Theocrito*, omnibus poetis vetuſt. et ſapientiſſimis, et in locos prope bis centum digeſtis, cum expoſitione, vſu et accommodatione ſingulorum in margine. His acceſſ. III. libelli ex ſcriptis Platonis, Xenoph. Plutarchi et Juſtini mart. confecti, per *Mich. Neandrum.* Baſil. per J. Oporin. 1556. 8.

Alias eiusmodi chreſtomathias gr. recentiores refert *Brehm in bibliograph. Handbuch.* I. p. 671. ſqq.

Collection des auteurs grecs claſſiques, cont. Diſcours grecs choiſis de diuers Orateurs par M. l'Abbé *Auger.* II. Voll. Paris. 1788.

Di-

Divers Traités de Lucien, Xenophon, Platon et Plutarque, accompagnés de Sommaire Francois et des notes sur le Text, publiés par M. l'Abbé *Gail.* ib. eod. anno. — Théocrite, Bion, Moschus et autres, appellés vulgairement petits poètes, publiés par le même. ibid. 1788. m. 12.

In *Soirées literaires* (quae est bibliotheca versorum quorumdam antiquiorum ac recentiorum opusculorum, atque antiq. commentationum in fasciculis, singulis XIV. diebus apud Honnert et Morin in min. forma s. 18. a. 1796. edi coepta,) sunt in I. sectione antiquae litteraturae, interprete *Coupé* in IV. tomis cum generali inscriptione: *Collection des poétes Grecs.* singuli autem tomi solent quoque separatim edi et inscribi: 1) *Opuscules d'Homere*, (n. hymni cum fragmentis et baltheum s. Zona Veneris; item Venus ac Mars a Vulcano deprehensi,) *Traduction nouvelle. par* Mons. *L. Coupé* II. part. 2) *Oeuvres d' Hesiode* I. vol. 3) *Oeuvres de Theognis et Phocylide*, I. vol. etc. Versio est in or. prosaica, sine vllis notis.

Ad fin. prolegomenorum. pag. 111.

Schummelii et Schluteri notit. de version. germanicis praestitit cl. *Degenii* studium operaque in conficienda illarum Litteratura:

Litteratur der deutschen Uebersetzungen der Griechen von Jo. Fried. Degen etc. tom. I. II. Altenburgi. 1797. sq. — *Nachtrag etc.* Erlangae. 1801. 8.

Ad

Ad pag. 113. *de* SIBYLLA.

Ad sect. 2. *lin.* 8.

Sambethe. conf. *Lambec.* comm. de bibl. Vindob. VIII. p. 91. sqq. vbi copiosus est de libris sibyllinis.

Ad sect. 4. *Xisti Betuleii* edit. prodiit Basil. 1545. 4. quam recensui ad *Fabr.* B. Gr. I. p. 258. (in Introd. in hist. etc. est vitium typograph. 557. et leg. 257.) — Carmina *Sibyllae Erythraeae*, in quibus resurrectio corporum, mutatio saeculorum, dei aduentus ad iudicium, praemia ac supplicia hominum describuntur, in linguam latinam ad verbum translata. Scholiis, quae ad Grammaticam attinent, additis. Paraclesis item ad graecarum litterarum studiosos etc. Cracouiae excusum per Florian. Vnglerium. 1528. 8.

Ad pag. 114. *lin.* 7.

Freytag in adparatu litter. III. p. 85. sqq. dubitat, edit. Paris. a. 1589. exstare. v. Fabr. B. Gr. l. c. pag. 259. At censor illius vol. I. Fabr. in ephem. litt. Norinberg. a. 1791. nr. 29. Freitagii dubitationem eo tollit, quod Obsoroeus in fine dedicat. optat, vt omnes, qui eum inuissent, in h. edit. deus clementer in istis gallicanis furoribus saluos et incolumes praestet, et ab iisdem cito liberet. Ex quo censor (*Jäger*) colligit, quum a. 1599. illi furores fuissent sedati, omnino a. 1589. scribi debuisse, adeoque exstare illius anni editionem.

Ad

Ad pag. 114. ſect. 5.

Rariſſimum eſt *Opuſculum de vaticiniis ſibyllarum*, cum figg. ligno inciſis. in fine: *Finis opuſculi de vaticiniis ſibyllarum. Impreſſum Oppenheim* (procul dubio a Jac. Koebel ante annum 1490.). De hoc opere et alio opuſc. cum multis figg. ligno inciſis, conſtante duobus probabiliter foliis: *Les dicts des douze Sibiles* in fol min. ſ. l. et a. in calce: *Cy finiſſent les dicts de douze Sibiles*, et de Sibyllis ipſis copioſe agit *Gotthelf Fiſcher in Beſchreibung einiger typographiſchen Seltenheiten etc. Erſte Lieferung. Mainz.* 1800. 8. pag. 73—85. — *Van Dale* de oraculis ethnicis. Amſtel. 1683. 12. pag. 459. ſq. *Fontenelle* Reponſe a l'Hiſtoire des Oracles. Argentor. 1707. 8. — *Oudin* in comment. de ſcriptor. — eccles. tom. I. col. 142. ſqq. — *Blühdorn* de oraculorum graecorum origine et indole. — De verſionibus *anglicis*, aliisque libris, in quibus agitur aut in vtramque partem diſputatur de ſibyllinis oraculis et in Britannia ſunt excuſi, *v. Brüggemann* View etc. p. 3. ſqq. et in ſupplement to the View etc. pag. 5. — *Jo. Floderi* diſſ. indicans veſtigia poeſeos Homericae et Heſiodeae in oraculis Sibyllinis, in *Stoſchii* muſeo critico, vol. I. faſc. I. pag. 16—47. — De Vaticiniis Sybillarum. Baſil. ap. Andr. Cratand. 1519. 4.

Ad pag. 116. lin. 16.

Sunt quoque in *Clerici* Opp. philoſophicis, tom. II. ed. a. 1695.

Les

Les diuins Oracles de *Zoroaſtre*, ancien philoſophe, interprétés en rime françoiſe par *François Habert*. Paris. 1558. 8. — *Zoroaſtri* oracula gr. Stanleius in comm. ad Aeſchylum partim explicuit, partim illorum correxit tectum.

Cl. *Tychſen* de reliquiis religionis Zoroaſtreae apud gentes peregrinas, ſect. I. de *Zoroaſtre*, eius ſcriptis et opinionibus, in commentatt. Gotting. ſocietatis doctrinarum, 1793. 4. Is arbitratur, Zoroaſtrem fuiſſe natione Medum, qui iam ante Cyri tempora nouam introduxiſſet religionem, antiquitatem ſcriptorum Zoroaſtri ab Anquetilio editorum defendit, neque tamen ea omnia, aut maxime praecipua eſſe cenſet, neque ex iis Zoroaſtrem poſſe omnino cognoſci. Negat, Zoroaſtrem docuiſſe Monotheiſmum; contra ea putat, eum ſtatuiſſe duo rerum principia, bonum alterum, alterum malum. — In commentat. II. (v. Gotting. ephem. litter. a. 1794. plag. 65.) agit idem de religionum Zoroaſtr. apud exteras gentes veſtigiis, n. apud Judaeos, Chriſtianos, Graecos, Syros Chriſtianos et Mahomedanos.

Quae ab eruditis Britannis de *Zoroaſtre*, *Hermete*, *Triſmegiſto* atque *Sanchoniathone* ſcripta editaque ſunt, ea recenſet *Brüggemann* in View etc. pag. 6. ſqq. et in Supplement etc. pag. 5. ſq.

Ad pag. 118. *sect.* 4. *de* HERMETE.

Rariſſimis libris eſt adnumerandus: *Mercurius Triſmegiſtus* de vnitate et poteſtate dei, latine translatus a *Marſilio Ficino*. In calce: *Impreſſus Ferrarie per Magiſtrum Andr. Gallum ciuem Ferrarie.* — Anno M.CCCCLXXII. (1472.) 4. v. cel. *Panzeri* A. T. I. p. 393. nr. 5.

Ad pag. 120. *lin.* 15.

De *Cyranide* conf. omnino *Proſper Marchand* in Dictionaire hiſtoriq. tom. II. Hagae Com. 1759. fol. pag. 1 — 8. vbi quoque de duabus agitur edit. rariſſimis.

De *Aſclepio* v. Fabr. B. Gr. I. p. 12. §. IX. et cap. VIII. pag. 62. ſqq.

Ad pag. 121. *ſect.* 3.

Orus Apollo de hieroglyphicis notis, e verſione *Bernardini Trebatii*. Baſil. ap Frobenium. 1515. 4. (*Panzer.* A. T. VI. pag. 194.) — *Orus Apollo Niliacus* de hieroglyph. notis a *Bernardino Trebatio* Vicentino latinitate donatus, a *Chonrado* (ſic) *Peutinger* Frobenio communicatus. Baſileae ap Jo. Froben. m. Febr. 1518. 4. in bibl. publ. Norica. v. cl. *Panzer* l. c. pag. 204 nr 216. qui eidem edit. adhaerere notat *Jo. Franc. Pici* Mirandulae libros II. phyſicos 1. de adpetitu primae materiae, 2. de elementis; eiusd rhetoricos duo de imitatione ad Petr. Bembum; *P. Bembi* libr. de imitatione. Sed cenſor operis Panzer. cl. *Müller* in ephem. litt. Erfurt a. 1800. nr.

nr. 25. animaduertit, in ſuo exemplo Pici ac Bembi ſcripta deeſſe, neque in fronte nec in fine nominari, ideoque arbitratur, illa ſcripta fuiſſe tantum exemplo Panzer. a bibliopega adiuncta.

Ad pag. 122. *lin.* 1.

Adde, illam edit. romanam, *Hori Apollinis ſelecta hieroglyphica*, eſſe repetitam gr. ac lat. Romae apud C. Vallietum, ſumt. J. Franſechini, cum figg. 1606. 8. — Sub finem §. 3. — Hieroglyphes, trad. du Grec par *Jean Baptiſte Requier*. Paris. 1779. 12.

Ad pag. 123. *ſect.* 3. *lin.* 4.

Leg. *quam Fiſcher non vidit.*

Pag. 124. *lin.* 2. ſcr. *Brunnerus.* — et *lin.* 9. corr. 1686.

Ad pag. 125. *lin.* 5.

Idem Fiſcher. quintum edidit, et denuo recenſuit Palaephatum, Lipſ. 1786. mai. 8. — Ab eodem Fiſchero edita eſt in programmate a. 1799. 4. euulgato, *Interpretatio latina libelli Palaephati de incredibilibus, auctore Angelo Coſpio.* — *Germanice* verterunt *Meinecke*, Quedlinb. 1774. 8. et *Jo Dav. Büchling.* additis obſeruatt. mythologicis, Halae Sax. 1791. mai. 8.

Ad §. 6. *SANCHONIATON.*

Ad. pag. 127. *ſect.* 4.

Sanchoniatonis narratio de ortu mundi comparatur cum narratione moſaica a *Fulda*

in *Pauli* Prof. Jenenſ. Memorabilibus, Lipſ. 1792. vol. II. nr. 4. Idem exiſtimat, in Sanchon. narratione Porphyrium, Philonem Byblium et Euſebium multa mutaſſe atque intexuiſſe; praecipue Philonem nomina Phoenicia male mutaſſe in Graeca. conf. Saliſburg. *Oberdeutſche Litt. Zeit.* 1792. nr. 128. pag. 804. ſq.

Ad pag. 127. lin. vlt.

Orpheum ſuperſtitem fuiſſe excidio Troiae, negat *Tyrwhitt* ad carm. de lapidib. p. 6. not.

Ad. pag. 129. ſub. fin.

De Argonauticis nuper praeclare meritus eſt cel. *Schneiderus*, Prof. Francof. ad Viadrum: Ὀρφεως Ἀργοναυτικα. *Orphei quae vulgo dicuntur Argonautica.* Ex libris ſcriptis et coniecturis virorum doctorum ſuisque aucta et emendata interpretatus eſt *Jo. Gottlob. Schneider*, Saxo. Jenae. 1803. m. 8. gr. cum eruditis notis, maximam partem criticis. In epiſtola nuncupatoria primum moderate reſpondet *Ruhnkenio*, qui Schneideri ſententiam, in Analectis criticis faſc. I. p. 51. ſqq. propoſitam, acriter impugnarat in altera epiſtolar. criticar. edit., tum pag. XXVII. ſubſcribit Heynii iudicio, auctorem carminis fuiſſe poetam Alexandrinae aetatis, qui ex carminibus Argonauticis vetuſtioribus variis materiam poemati ſui generis elegerit ita, vt fabulas antiquiſſimas et a vulgari narratione diuerſas immiſceret, nec omnes tamen nar-

ra-

rationis partes ad iustum inter se concentum, sermone etiam antiquissimi poetae Orphei tempora simulante atque imitato, callide redigeret etc. — Pristinam eius sententiam paullo post ad fin. sect. 6. adtuli.

Ad §. 7. *ORPHEVS.*

Ad pag. 130.

Tres *hymni Orphici* e codd. mstis primum in lucem editi sunt notisque criticis illustrati a *Gilberto Wakefield*, in silua critica, part. IV. p. 248.—253. (Londini. 1793. 8.) Primum tamen hymnum paullo ante esse quidem euulgatum in libello, anglice scripto, *de Mysteriis*, adnotat *Wakef.* sed, vt idem quoque iudicat, negligenter exaratum mutilumque et coniecturis magis adhuc deprauatum.

Specimina hymnorum XLIX a *G. Cp. Toblero* germanice versorum, *in Schweizerischen Museum*, vol. I. a. 1783. nr. 9. et vol. II. nr. 2. — Septimum hymnum germanice vertit *Conr. Gottlob Anton* in: *Treue Uebersetzung lateinischer, griechischer u. hebräischer Gedichte, in den Versarten der Originale.* Lipsi. 1772. 8. pag. 125. sq. — Item in linguam german. transtulerunt H. in Jouem *Hohl in kurzem Unterricht in den schönen Wissenschaften*, Chemnit. 1772. 8. — H. in valetudinem *Cludius in Bibl. der alten Litterat. v. Kunst.* part. III. pag. 49. et tres hymnos *Lenz* in

Gotting. *Muſenalmanach* a. 1790. — Inni di *Orfeo*, eſpoſti in verſi volgari (per *Ant. Jerogades.*) Neapoli. 1778. 8. — Sex Hymni *anglice* verſi a *Guil. Dodd*, additi eius interpretationi anglicae Callimachi. Londin. 1756. 4.

Ad pag. 131. ſect. 6.

Burette in Mem. de l'Acad. des Inſcr. tom. X. pag. 262. ſqq. — *Charakteriſtik der alten Myſterien etc.* Francof. et Lipſ. 1787. 8. conf. Annal. litter. Helmſtad. m. Jul. 1789. pag. 53. ſqq. — The myſtical Initiations or Hymns of *Orpheus*, tranſlated from the original greek; with a preliminary Diſſ. on the Life and Theology of Orpheus. By *Th. Taylor*. London. Payne, 1787. 8. — De *Orpheo* atque de myſteriis Aegyptiorum, auctore *K. Lycke*. Hafniae. 1786. 8. — Orphicos verſus et fragmenta poetarum graec. a ſcriptoribus eccleſiaſtic. citata examinauit atque correxit *Jo. Jortin* in: Remarks on eccleſiaſtical Hiſtory. Londini. 1751. 8. vol. I. p. 300 — 328. — Quaedam Orphei loca emendantur et explicantur in *Ric. Dawes* Miſcell. crit. ed. Burgeſſ. p. 495. — in *Steph. Weſtoni* libro: *Hermeſianax etc.* Lond. 1784. 8. p. 113. ſqq.

De fragmentis Orphicis ad aſtronomiam et agri culturam ſpectantibus, comment. auctore *Car. Gotthold Lenz*. Gottingae. 1789. 8. Ad illa refert fragm. haud pauca colligitque ex carm. Ἔργα καὶ ἡμέραι, quod vero Alexandrinum quemdam poetam habuerit parentem.

tem. Pari modo aſtronomica et aſtrologica colligit, ad quae refert carm. Δωδεκατηρὶς et περὶ σεισμῶν, quod poſterius vulgo in fronte praefert nomen *Hermetis Triſmegiſti*, ideoque abeſt ab Orphicorum collectionibus; at Brunck, Fabricii iudicium ſequutus, ſub *Orphei* nomine in Analectis III. 1. ſqq. prodire iuſſit. Lenz propter mentionem prognoſticorum de inteſtinis terrae motibus, et tremorum terrae frequentiorem ſuſpicatur, auctorem, poetam Alexandrinum, vixiſſe ſub imperatoribus romanis, quum crebri terrae motus per Aſiam atque Italiam multas proſtraſſent vrbes. — De Geographia Argonautarum *Schönemann* ſcripſit commentat. Gottingae. 1788. 8.

M. Jo. Chriſt. Guil. Gerlachi, Gothani, diſp. de hymnis Orphicis. Gottingae. 1797. *Gerl.* exiſtimat, ab Alexandrino quodam hymnorum Orphicorum alios fuiſſe interpolatos, alios confectos; neque vero vel interpolatos ipſum Orpheum habuiſſe architectum. Demoſthenes quidem H. in Δίκην (H. 61.) tribuit Orpheo, et Euripides in Alceſte v. 968. ſqq. prouocat ad H. Orphei. Enimuero id ſolummodo probat, hanc tum fuiſſe vulgarem ſententiam aut traditionem. Quod Pauſanias loquitur de genuinis hymnis, ſequitur, vt alii habiti ſint ſpurii, quos Voſſius opinatur auctorem habuiſſe Onomacritum. Verum is Muſaeo ſuppoſuit oracula, non Orpheo hymnos. Atqui ſpurios ab iis, quos habemus, fuiſſe diuerſos, ex eo patet, quod

quod, quae Pauſanias ex iis ſeruauit, in noſtris non inuenimus. Ex *Pauſania* IX. 30 manifeſtum fieri videtur, illum noſſe antiquos hymnos Orphicos. Fieri igitur potuit, ex hymnis vtriusque generis, quos nouerat Pauſanias, quaedam in iis, quos habemus, fuiſſe conſeruata; antiquiora autem, etiam in hymno in Ἔρωτα, per interpolationem obſcuriora nec ſatis cognita exploratague eſſe reddita. Alii acceſſerunt ſerius; alii etiam exſtiterint tempore Pauſaniae, qui hunc latuerint; ſed plura aliaque leges in cit. diſp. Gerlachii, qui praeterea ſingulos hymnos critice perſequitur. Plures igitur deinceps exſtiterint *poetae Orphici*, h. e. poetae, qui ad imitationem Orphei eiusmodi componerent hymnos, qui, poſtea collecti, in fronte praefixum habuerint nomen Orphei. In qua collectione primum locum obtinuerint, qui vel reuera eſſent vel haberentur, Orphei hymni, at probabiliter interpolati, mutilati auctiue. Quo fieri potuit, vt, iam antiquioribus temporibus, omnes illi collecti perperam vnico tribuerentur Orpheo. Nec mirum id videbitur, quum, idem accidiſſe Heſiodo in catalogo, Aeſopo, Anacreonti, etiam Dauidi, regi Judaeorum, aliisque, hodie praetereat neminem. Add. *Fried. Snedorf*, libell. de Hymnis veterum Graecorum, Hafniae et Lipſ. 1786. 8. vbi pag. 48. ſqq. docte diſputat de Orpheo, eius hymnis, horumque probabili ortu formaque, et de quorumdam argumento. Ille pag. 51. ſq. opinatur, hymnorum

rum Orphicorum collectionem, quam hodie habemus, ex carminibus diuerſorum poetarum, diuerſis temporibus viuentium, ab incerto quodam, fortaſſe poſt Chriſtum natum, conflatam eſſe, in qua idem ille multis etiam locis carmina ipſa mutarit. *Orphici*, ait, ſunt vocati, non, vt putat *Souchai* *), quod ipſam Orphei doctrinam continerent, ſed, vt multae fabulae, quas Aeſopus ipſe non fecit, Aeſopicae vocatae ſunt, quod is inuentor eius generis fuit, ſic *hymni Orphici* dicti ſunt omnes ii, qui ad imitationem illius hymnorum et ad eumdem vſum ſcripti erant.

Ad pag. 132. lin. 6.

Cel. *Schneider* in carminum Pindaricorum fragmentis pag. 76. ex Pindari fragmento, collato cum ſcholiaſte Apollonii ad Argonaut. I. 61. et cum Orph. Argonaut. v. 168. ſqq. demonſtrari poſſe cenſet, auctorem Orph. Argonauticorum ad ſequiorem aetatem pertinere, in quibus eadem de Caeneo leguntur, quae ſcholiaſtes Apollonii et Plutarchus in comp. Stoicor. et poet. p. 237. a Pindari ingenio ficta atque excogitata eſſe perhibent.

Slothouwer ſcripſit notas criticas in Orphei carm. v. Add. ad Introd. II. 2. p. 321. — *Jo. Toup.* in Emendatt. in Suidam et Heſychium in tom. I—III. paſſim plura Orphei loca emendat. add. *Brüggemann* View etc. pag. 11.

Ad

*) In Memoires de l'Acad. des I. et B. L. tom. XVI.

Ad §. 8. de MVSAEO.

Ad pag. 132. ſect. 4. lin. antepen.

Bandinius in Iuntar. typogr. annal. II. p. 87. meminit quidem edit. Oppiani Juntinae a. 1515. ſed *Muſaei* additi nullam facit mentionem. Contra pag. 147. recenſet ed. Juntin. *Muſaei* gr. ac lat. cum Orpheo et Homeri Batrachom. gr. 1519. 8, et pag. 234. ed. *Heſiodi*, *Theognidis*, *Sibyllae* carmin. *Muſaei*, *Orphei* ac *Phocylidis*, per Bened. Juntam. 1540. 8.

Rarior eſt collectio, in qua ſingulae quidem partes ſuam habent inſcriptionem, atque clauſulam cum inſigni typographico, et cuilibet praefatus eſt Frobenius, ſed per omnes partes ſeries paginarum haud interrupta eſt ſeruata. 1) *Homeri* Batrachomyomachia, gr. et lat. p. 1 — 31. — 2) *Muſaeus de Ero et Leandro*, gr. et lat. p. 33 — 63. — 3) *Agapetus* de officio regis ad Juſtinian. Caeſarem, gr. et lat. p. 65 — 101. ſequitur *Hippocratis* iusiurandum, cum lat. Nic. Perotti interpretat. — 4) *Galeomyomachia*, h. e. felium et murium pugna, tragoedia graeca; p. 105 — 127. In calce ſingulorum libellorum legitur: apud *Joann. Frobenium* in inclyta Germaniae Baſilea, menſe Jan. M. D. XVIII. (1518.) 8. Meo exemplo praemiſſa eſt alia collectio, eod. ann. ibid. excuſa, coniuncta cum ſuperiore, ſed quae peculiarem habet paginarum ſeriem: *Aeſopi Phrygis* vita et fabellae, cum lat. interpret. *Gabriae graeci* fabellae

XLIII.

XLIII. — cum lat. interpr. Ex *Aphthonii* exercitamentis de fabula gr. et lat., de fabula ex imaginibus *Philoſtrati* gr. et lat. Ex *Hermogenis* exercitam. de fabula, Preſciano interprete. In calce: Baſil. ap. I. Frob. m. Jan. 1518.

Muſaeus cum fabb. Aeſopi, Homeri Batrachom. aliisque. Baſil. 1554. 8. et multo ſaepius.

Muſaeus gr. et lat. inter Poetas gr. minores *Radulphi Wintertoni.* Cantabr. 1635. 1652. et ſaepius, recent. Lond. 1712. 8.

Luſus amatorius, ſiue poema de Herone et Leandro, e graeca in latinam linguam translatum; cui aliae (tres ſcil.) acced. nugae poeticae. Auctore C. B. (*Carolo Blake.*) Londini. 1694. 4.

Muſaeus gr. ac lat. inter Poetas min. graecos ſelectos et emendatos, cum vocc. difficiliorum explicatione grammatica, in vſum ſcholarum. Londini. 1739. 8.

Ad pag. 134. med.

Muſaeus — cum verſione lat. et italica, cum praef. de variis Muſaeis et de auct. *Muſaeo* (quem Neapoli ortum, ſub Theodoſii imp. vixiſſe opinatur,) cum notis et V. L. priorum editt. — edidit Franceſco *Mazarella. Furao.* Neap. 1787. m. 8.

Car. Frid. Heinrich primum edidit Specimen animaduerſionum in Muſaei carmen de Herone et Leandro. Gottingae. 1792. 8. — dein ipſe recognouit contextum et eruditis inſtruxit adnotationibus *Muſaei de Herone*

et

et Leandro carmen, gr. Hannouer. 1793. min. 8. In prooemio egit copioſius de poetae aetate incerta, quam tamen adligat ſaec. aut II. aut III. aut IV.; tum iudicat de carmine eiusque virtutibus, denique diſputat de origine fabulae amatoriae de Herone et Leandro. Docta cenſura, adſperſis quorumdam locorum interpretationibus atque emendationibus, legitur in Jen. A. L. Z. a. 1793. m. Nov. nr. 325. itidemque de Muſaei aetate agitur.

Muſaei carmen — nouiter emendauit et notas adiecit *L. H. Teucherus*. Lipſ. 1795. 8.

Les Amours de Léandre et de Héro, poème de *Muſée* le Grammairien; traduit en françois, avec le Texte grec, la Verſion Latine, des Notes critiques et un Index, par *J. B. Gail.*, Profeſſeur de litterature grecque au Collège de France. L'an IV. (1796.) Paris mai. 4. conf. Lipſ. ephem. litt. a. 1796. m. Aug. nr. 66. et Jen. A. L. Z. a. 1797. nr. 241. m. Jul. vbi quaedam carminis loca emendantur aut explicantur. — Héro et Léandre, poème traduit du Grec, orné de 9. fig. en couleurs, par *Delencourt*. Argentor. 1802. 4.

De verſionibus v. ad Fabr. B. Gr. I. pag. 135. — *Blankenburg* ad Sulzer. Theorie etc. tom. II. pag. 508. — De *germanicis* in ſpecie *Degen*, l. ſaepius cit. Hic adnotare iuuat *german.* vers. *Comitis Chriſti. de Stollberg*, in eius *Gedichten aus dem Griechiſch.* pag. 254 — 272. — *Fürchtegott. Chriſtiani. Fuldae*, verſibus hexametris. Lipſiae. 1795. 8. —

Hero

Hero und Leander, aus dem Griechiſch. des Muſaeus. Baſil. ap. Thurneyſen. 1784. 8.

Der nächtliche Schwimmer, oder Hero u. Leander, eine Reliquie für Liebende, von Muſaeus. Ronneburg. et Lipſ. 1799. 8. — Eſt metrica verſio, at libera, cum adnotatt., in quibus Muſaei carmen modo laudatur, modo reprehenditur. In adiuncta commentat. de arte auctoris gr. poetica iudicatur.

Multas verſiones anglicas copioſius refert *Brüggemann* in View etc. p. 12. ſqq. et ſupplem. p. 6. n. *Chſtphori Marlow*, in eius; *The Seſtiad.* 1593. — it. Lond. 1598. 4. — *Marloe's* Hero and Leander, cum I. libro Lucani. 1600. 4. — *Ge. Chapinan*, Lond. 1606. 1616. 1629. 4. — verſſ. anglicis cum adnotatt. in textum gr. auct. *Robert. Stapylton.* Oxon. 1645. 4. et Londini. 1647. 8. — *Thom. Hoy*, cum verſione libri I. Ouid. de arte amandi. Lond. 1682. 4. — *Laurent. Eusden*, in *Dryden* Miſcellany Poems. Lond. 1716. 8. vol. VI. p. 266. rec. Glasguae. 1750. 8. — *Stirling.* Lond. 1728. 12. — *R. Luck*, additis quibusdam poematibus latinis. Lond. 1736. 8. — *G. Bally.* Lond. 1747. 8. — *J. Slade*, Lond. 1753. 8. — *Franc. Fawkes*, cum verſſ. *Anacreontis*, *Sapphus*, *Bionis*, et *Moſchi.* Lond. 1760. 12. p. 294—321. — anonymi, Lond. 1774. 4.

In Mem. de l'Acad. des Inſcr. vol. IV. ſunt *de la Nauze*, Remarq. ſur l'Hiſt. d'Hero et de Leandre; — atque in VII. vol. *Nic. Mahu-*

hudel Reflex. critiq. ſur l'Hiſt. de Hero et de Leandre.

---

§. 9. *HANNO.*

Ad pag. 136. *ſect.* 1. *fin.*

Ex *Strabone* I. p. 47. colligit *Penzel* ad verſionem Strabonis german. I. pag. 401. ſqq. *Hannonis* aetatem referendam eſſe ad tempora ante bellum Troianum.

Ad pag. 137. *ſect.* 4. *et* 5.

The Voyage *of Hanno.* Translated and accompanied with the greek Text. (cum notis Voſſii ac Geſneri.) Explained from the Accounts of modern Trauellers; defended againſt the obiections of Mr. *Dodwell* *) and other Writers, and illuſtrated by maps from Ptolemy, Danuille and Bougainuille. By *Thomas Falconer*, A. M. Tellow of C. C. C. Oxon. 1797. mai. 8. Textus gr. is eſt, qui in Hudſoni Geogr. min. legitur. Falconerii vero methodus ordoque in comment. culpatur in ephem. litter. Gotting. a. 1798. nr. 4. p. 28. ſqq. Jen. A. L. Z. 1799. nr. 225.

Cl. *Conr. Mannert* in *Geographie der Griechen und Römer.* part. I. ed. II. Norinbergae. 1799. 8. pag. 47. ſqq. — Voſſii ac Dodwelli rationes refutat, et Hannonis expeditionem, nar-

*) *Dodwelli* diſſ. neque ſubtilis eſt criticaque; neque argumenta contra diſſentientes certa habentur riteque probata.

narratione Scylacis comparata, colligit, factam esse tempore eo, quo primi reges in Persia regnabant, et plura acute docteque disputat de Hannonis periplo, quem genuinum esse docet.

Fr. Mich. Vierthaler in Beyträgen zur Geographie und zur Geschichte derselben, part. II. Salisburg. 1798. 8. docte et copiose agit de Hannone eiusque periplo, et de iudiciis atque hypothesibus Bougainuillii, Campomanis, Mannerti, (secundum I. edit. Geographiae,) atque Heerenii etc. — Falconerii et Vierthaleri libros argumentaque vberius recenset *Brehm*, *in Bibliographisch. Handbuch etc.* part. II. pag. 469—478. idemque memorat *Car. von Knoblauch*, (mortui a. 1794.) *über die Ankunft der Karthager auf der Insel der Gorillen, ein Fragment aus einem künftigen Kommentar über Hannos Periplus, im neuen teutschen Merkur.* m. Jan. Lipsi. 1792. — Add. *Rennel* in: The geographrical System of Herodotus etc.*) sub finem p. 719. sqq. cum tab. geographica.

Epimenidem, Cretensem, de quo multae fabulae sunt narratae, ante Homerum vixisse, fuerunt, qui traderent. Sed multo serius eum fuisse in viuis, alii fusius ostenderunt. At de eius vrbe patria, aetate, arte diuinandi, et quando Athenas venerit, ad illam vrbem, Cylonio pollutam piaculo, lustrandam atque purgandam, (praeeunte *Platone* de Legi-

*) v. infra ad §. 40. p. 291. de *Herodoto*.

gibus I. tom. VIII. pag. 41. edit. Bipont.) magnus eſt diſſenſus apud veteres non minus, quam recentiores; qua de re eiusque ſcriptis, quae a veteribus commemorantur, vberius diſputauit *Fabric.* in B. Gr. I. p. 30. ſqq. et iis, quae ego ibidem latius expoſui, addi debent *Grabneri* de Epimenide, Athenarum luſtratore, animaduerſiones antiquariae, ad Diogen. Laert. I. cap. X. §. 3. Miſenae. 1742. 4. — *Meiners* in hiſtoria doctrinarum in Graecia, tom. I. pag. 45. *Barthelemy* in Voyage du Anachars. tom. I. not. 2. in adpend. in primis *Car. Frid. Heinrich*, (publ. doctor Magdalen. ſcholae Breslau.) qui primum elegantem eruditamque comment. *Ueber Zeit, Abſicht und Folgen der Berufung des Epimenides nach Athen*, inſeruit Biblioth. artium etc. (*Bibliothek der ſchönen Wiſſenſchten und freyen Künſte*,) vol. 46. part. I. Lipſ. 1797. pag. 1. ſqq. vbi p. 12. ſq. de loco Platonis citato agit, et Diogenis Laertii rationes probat, Epimenidem Athenas veniſſe Olymp. XLVI. I. ante Chr. nat. 596. Poſtea ſingularem doctumque conſcripſit libr.: *Epimenides aus Kreta, eine kritiſch-hiſtoriſche Zuſammenſtellung aus Bruchſtücken des Alterthums. Nebſt zwey kleinen antiquariſchen Verſuchen.* Lipſ. 1801. m. 8. de quo libro v. ephem. litter. Gotting. 1800. m. Dec. nr. 205. p. 2043. ſqq. *Jahrbuch der neueſten Literat.* Lipſ. 1801. nr. 113. m. Jan. p. 165. ſqq. et Jen. Allg. Litt. Zeit. a. 1801. m. April. nr. 117.

—

Ad

Ad sect. II.

Ad pag. 139. *sqq.* §. 2. *de* HOMERO.

Vt omni paene, ita etiam nostra aetate inquisitio de Homero eiusque carminibus, quaenam eum habuerint auctorem nec ne? de eorum aetate, scriptura, interpretatione etc. adeo vexauit viros doctos, et in tot diuersas traxit partes, vt omnium eorum, quae ab vtraquae parte disputata sunt, commemoratio me ab instituti ratione multum abduceret. Tot etiam excitatae sunt tragoediae et vero tempestates, vt fluctibus componendis me imparem lubentius profiterer, quam vt maris quasi procellis me committerem. Neque vacat, omnes referre nedum recensere editiones et libros libellosque huc pertinentes. Atqui forsan aliquando plura dicere atque colligere fas erit in Supplementis ad Fabricii bibl. graecam. Quae cell. Heyne, Wolf, Vossius, aliique viri docti recentiores de Homero disputarunt, multaque alia iam collegit cl. *Brehm in Bibliographischem Handbuch etc.* part. II. pag. 584 —752. Ad interpretationem quoque et historiam Homeri facere possunt, quae viri docti in Jen. A. L. Z. a. 1797. nr. 397. et 398. m. Dec. et a. 1803. nr. 123. sq. protulerunt. — Ad aetatem Homeri definiendam fuerunt, qui provocarent ad *Certamen inter Homerum et Hesiodum*; at enim id exstitisse inter Rhapsodos Homeri atque Hesiodi, et tale certamen musicum aut canticum fuisse in in-

su-

ſula Delo, ac Raphſodorum laborem opuſque eſſe hymnum homericum in Apollinem Del. opinatur et probatum it *Car. Frid. Heinrich* in Specimine antiquario de certamine Homeri atque Heſiodi, adiecto eius libro ſupra laudato: *Epimenides aus Kreta etc.* Lipſ. 1801. m. 8.

Ad pag. 143. *not. de Hymnis.*

V. ad *Fabr.* B. Gr. I. p. 341. ſqq. — *Dupuy* in obſſ. crit. in Homeri H. in Cererem, in Mem. de Litter. des Inſcr. vol. XLVI. Paris. 1793. multas Ruhnkenii emendatt. atque correctiones improbauit, Ruhnkenio, vt videtur, haud probaturo illius emendationes atque admonitiones. — Italice verſi ſunt tres hymni in Venerem, cum Orphei, Sapphus et Procli in illam hymnis in: Traduzione dal Greco. Florent. 1790. m. 8 — *Hymni Homerici* cum reliquis carminibus minoribus Homero tribui ſolitis et *Batrachomyomachia.* Addita eſt *Demetri Zeni* verſio Batrachomyomachiae dialecto vulgari, et *Theodori Prodromi Galeomyomachia.* Textum recenſuit et animaduerſionibus criticis illuſtrauit *Carol. David. Ilgen*, (tum Prof. Jenenſis, in praeſenti Rector Scholae Portenſis.) Halis Saxon. 1696. mai. 8.*) Praeclara, erudita longaque cenſura

*) In prolegomenis negat, extitiſſe Homerum et confeciſſe Iliada ac reliqua carmina, ſed opinatur voc. Ὁμηρον idem eſſe ac Ἀοιδὸν, *poetam*, *cantorem* carminum, praecipue hero-

ſura eſt in noua bibl. artium bonarum etc. (*Neue Bibl. der ſchönen Wiſſenſchaften und freyen Künſte*,) vol. LIX. part. I. pag. 107. ſqq. Lipſiae. 1797. 8. — Cenſor potiſſimum H. in Cererem latius perſequitur, et plura eius loca emendat aut illuſtrat: contra Ilgenium et Nic. Ignarrum, qui edidit Emendationes H. homerici in Cererem, Neapoli 1784. mai. 8. diſputat, cenſetque, illum hymnum ab Homero quidem eſſe compoſitum, ſed a Rhapſodis ex aliorum in Cererem Hymnis, quales ſcripſerunt Pamphus, Muſaeus, Eumolpus, Erechteus, Laſus, Archilochus, Pindarus, Bacchylides atque Ariſtocles, valde interpolatum. — In eadem biblioth. vol. LXV. part. I. p. 41. ſqq. a. 1801. eſt longa doctaque cenſura libri egregii: *Animaduerſiones in hymnos homericos*, cum prolegomenis de cuiusque conſilio, partibus, aetate, *Aug. Matthiae.* Lipſiae. 1800. mai. 8.

Add. *Beckii* comment. ſociet. philolog. Lipſienſ. I. part. I. p. 133. ſqq. — *Waardenburgii*, Lingenſis Gymn. Profeſſ. prolusio: *Obſeruatt. criticae ad aliquot hymnorum homericor. loca*, 1801. v. ephem. litt. Gotting. a. 1801. nr. 207. pag. 2071. ſq. — *Einige Vorſchläge zu Verbeſſerungen im Homeriſchen*

roicorum aut epicorum, ſimul citharam pulſantem; eiusmodi cantorem incepiſſe illa carmina, alios continuaſſe, alios abſoluiſſe etc. quae quidem omnia, acute excogitata, in coniecturis poſita ſunt.

ſchen Hymnus auf den Apoll. von F. C. Matthiae, Rect. et Prof. Grünſtadt. 1792. 8. (add. *Neues Magazin für Schullehrer*, tom. I. part. I. p. 129. ſqq.) Auctor hymnum illum, interpolationum plenum, cenſet, conſtare octo fragmm. multos verſus, iudicat, eſſe ſpurios, alios tranſponit et emendat. Sed diſſentit eius frater in prolegomm. ad laudatas Animaduerſiones §. 5. p. 16. ſq. — Hymnus in Apollinem Delium, verſibus heroicis in linguam german. a *F. A. Eſchen* conuerſus, exſtat in *Wieland. neuem teutſchen Merkur*, part. VII. m. Jul. 1798. p. 222. ſqq. Batrom. a *Com. de Stollberg in Deutſch. Muſeum*, m. *Mart.* 1784. 8. Ibid. menſ. Nou. 1780. eiusd. verſio hymn. in Cererem. Idem VII. hymnos liberius vertit german. *in Schilleriſchen Muſenalman.* Tubingae. 1799. — *in Berliniſch. Blättern*, m. *Mart.* 1798. et in *Lyceum der ſchönen Künſte*, vol. I. part. 2. — XXX. *Hymnen, verdeutſcht von Chr. Grafen zu Stolberg*, in eius *Gedichten aus dem Griech.* Hamburg. 1782. 8.

Ad pag. 144. *lin.* 3. *ſqq.*

Longini iudicium, Odyſſeae Iliada eſſe praeferendam, examinat improbatque *Gräffe in neuem Magazin für Schullehrer etc.* Gottingae. tom. II. part. I. pag. 41. ſqq. a. 1793.

Ibid. ad §. 3. lin. 2. corr. adiri.

Editiones Homeri, verſiones, aliaque ſcripta ad illum pertinentia, quae in M. Brittannia

nia prodierunt, enumerantur a cel. *Brüggemann* in: A View of the engliſh editions, tranſlations and illuſtrations etc. pag. 14 — 41. et in eiusdem Supplement to the View etc. p. 7. ſqq. —. Diligentem earum editionum, quae criticum vſum habere poſſunt; enumerationem, vel potius ſagacem recenſionem inſtituit cel. *Heyne* in prolegomenis ad tomum III. ſuae edit. pag. III — XXXV. Quare h. l. opera in colligendis ſupplementis collocanda ſuperſedere licebit. Monente autem cel. *Heynio* critici vſus ſunt edd. Florentina, Aldina ſecunda, aliqua ex parte Argentina prima, tum Romana, Adr. Turnebi, et Henr. Stephani, qui lectionis inde vulgatae auctor eſt habendus, claſſicae autem nonniſi duae, Romana et Florentina.

Ad. pag. 147. *lin.* 16.

„Perperam memorari, ait *Heyne* p. XIX. l. c. edit. Baſil. 1531. aut 1533. nunc compertum habeo, et eſſe primam omnium Baſil. editionem 1535. Haec ducta eſt ex Argentor. 1525. aut 1534."

Ibid. lin. 26.

Corrige M. D. XXXV.

Ad pag. 148. *lin.* 4. *et* 5.

Edition. *Baſil.* 1543. nullam fuiſſe cenſet cel. *Heyne* l. c. pag. XX.

Ad pag. 153. *lin.* 11.

Commoda eſt editio. — *Hom. Ilias*, ex recenſ. Sam. Clarkii. In vſum ſcholarum et

academiar. edidit, notas adſperſit, clauem adiecit *Aug. Herm. Niemeyer.* Halae Sax. vol. I. 1778. — vol. II. 1781. 8. — Editio II. emendatior et auctior vol. I. 1784. vol. II. 1792. 8. Clauis adhuc deſideratur.

Ad pag. 153. lin. 21.

Homeri Odyſſea et Batrachomyomachia in vſum ſcholarum; editio *Fr. Aug. Wolfii* altera, priore emendatior prodiit Halae. 1794. 8., in qua edit. cel. W. multa loca mutauit. v. Jen. A. L. Z. a. 1795. nr. 167. m. Jun. — Idem vir doctiſſ. nouam plane Homeric. carminum recenſionem inſtituit, et in Prolegomenis multa, quae ad Homerum, eiusque carmina, ad hiſtoriam atque antiquitatem initiaque artis ſcribendi, num hanc calluerit Homerus et ipſe ſcripſerit carmina, ad rhapſodos, ad collectionem et hiſtoriam antiquiſſimarum recenſionum etc. pertinent, erudite, ingenioſe acuteque diſputauit. Inſcriptio generalis eſt: *Homeri opera omnia* ex recenſione *Fr. Aug. Wolfii, tomus prior.* Tum ſequuntur prolegomena, quae etiam ſeparatim emi poſſunt, inſcripta: *Prolegomena ad Homerum*, ſiue de Operum Homericorum priſca et genuina forma variisque mutationibus et probabili ratione emendandi, ſcripſit *Frid. Aug. Wolfius*, vol. I. Halis Saxon. 1785.*) Illa denique excipit *Ilias*, gr. cum

*) Pag. XXI. §. 7. init. „Illud, inquit, mihi vnum propoſitum fuit praecipue, vt textum Ho-

cum peculiari inſcriptione: *Homeri Ilias.* Ex veterum criticorum notationibus optimorumque exemplarium fide recenſita. volum I. Rhapſodiae I — XI. Vol. II. Rhapſod. XII. — XXIV. graece. Halis Sax. 1794. m. 8.*) Conf. longam de illa edit. narrationem in: *Neue allgemeine deutſche Bibl. Anhang zum* 1 — 28. *Band, 3te Abtheil.* 1798 p. 497. ſqq. Jen. A. L. Z. a. 1796. m. Jan. nr. 33 et 34. ephem. litter Gotting. a. 1795. plag. 186. et Magaſ. encycloped. a. III. part. 10.

Homeri Ilias ad codicem Vindobonenſem *graece* expreſſa. Recenſuit *Franc. Car. Alter*, Profeſſor Gymn. Vindobonens. vol. I. Viennae. 1789. mai. 8. Pag. 614. ſqq. cl. Alter enumerat vitia codicis Vindob., ad quem expreſ-

Homeri ad normam eruditae antiquitatis emendarem, atque eum verbis, interpunctione, accentibus prope talem exhiberem, qualis ex recenſionibus olim probatiſſimis refictus, ſi tantum ſperare fas eſt, Longino alicui ſeu alii veteri critico, qui copiis Alexandrinorum perite moderateque vti ſciret, ſatis placiturus fuiſſe videretur.

*) *In Wielandi teutſch. Merkur.* part. III. a. 1796. m. Mart. p. 328. ſqq. ſunt anonymi *Zweifel über die in den Wolfiſchen Prolegg. zum Homer aufgeſtellte Hypotheſe;* atque cel. *Sainte Croix* Refutationem: Refutation d'un Paradoxe litteraire de Mr. Wolf, ſur les Poeſies d'Homere. Paris. 1798. 8. edidit; haec germanice verſa: *S. Croix Widerlegung des Wolfiſchen Paradoxons über die Gedichte Homers. Aus d. Franzöſiſchen.* Lipſiae. 1798. min. 8.

preſſa eſt illa editio, ad edit. Clarkii emendata. — vol. II. Ilias — *latine* expreſſa, cum varietate lectionis ex codd. Vindobon. ib. 1790. 8.

Homeri Odyſſea, graece, nouis curis expreſſa. Recenſuit *Fr. Car. Alter*, Prof. L. Gr. philoſ. D. Acc. Batrachomyomachia, Hymni, ceteraque poemata, Homero vulgo tributa; cum varietate lectionis ex codd. Vindobonens. Viennae. 1794. mai. 8. Secundum cod. gr. n. LVIII. apud Neſſel. et num. CLXXXIX. ap Lambec. recenſuit *Alter* V. C. textum Odyſſ. et in praef. diligenter reliquorum codd. Vindob. Homer. exhibuit notitiam aliasque ſubiecit obſſ. grammaticas atque criticas. Pag. 602 — 1011. variae codd. Vindeb. lectiones in edit. odyſſeae Vindobon. leguntur.

Ὁμηρου Ἰλιας καὶ Ὀδυσσεια. Ἐστιν ἀληθως βασιλικον πραγμα ἡ Ὁμηρου ποιησις. Ἐξ ἐργαστηριου τυπογραφικου Ἀκαδημιας της ἐν Ὀξονια. Ετει αὠ. (1801.) Iliadis tom. II. Odyſſeae tom. II. cum varr. lectt. et Porſonus ſua addidit de nonnullis lectt. iudicia, ſuas emendationes et ex cod. Harlei. membr. ſcholiis atque correctionibus margini adſcriptis inſtructo, iam a Bentleio negligenter collato, vnde Porſonus omnes lectt. atque emendatt. enotauit. v. cl. *Beckii* comment. ſociet. philol. Lipſ. III. 2. p. 361. ſq. — Ibid. p. 363. ſqq. eſt adcurata recenſio edit. eximiae *Heynianae*, laboris multorum annorum, adhibitis editt. et libris ſcriptis aliisque ſubſidiis litterariis; in his

his ſcholia atque lexica, in Homerum recens edita, quorum magna pars nondum ad vtilitatem lectionis Hom. erat collata, ſed ad fructum carminumque intelligentiam atque interpretationem plena, diligenter ſunt conſulta. Inſcriptio haec eſt:

Homeri carmina cum breui annotatione. Acc. variae lectt. et obſeruatt. veterum Grammaticorum cum noſtrae aetatis critica. Curante *C. G. Heyne.* tom. octo. Lipſiae et Londini. 1802. mai. 8. Quaedam exemplaria et chartae bonitate praeſtant, et ornata ſunt 28. figg. ſ. parergis ex aere expreſſis. Contextui graeco, (nam latina verſio ſeorſim eſt in tomo III. repoſita,) ſunt praeter potiorem vulgatae lectionis varietatem et digammi aeolici (de quo in tomo VII. in excurſu II. pag. 708. ſqq. copioſe agitur,) notationem, ſubiectae breuiores notae ad verborum ſenſum paucis declarandum; criticae et exegeticae animaduerſiones, ſeparatim a vol. quarto ſunt poſitae, longiores autem diſputationes excurſibus concluſae, et ſingulis voll. addita ſunt ſupplementa, potiſſimum e ſcholiis Victorianis. Quae in ſingulis voluminibus contineantur, ea iam indicata ſunt in *Beckii* commentar. l. c. — Inprimis notandi ſunt excurſus II. et reliqui in tomo VIII., in quibus de Iliade, eius partibus ac rhapſodiarum compage, de Iliadis argumento et partibus, de rhapſodis et Iliade per rhapſodias decantata, de Homero, num Iliadis, quam nunc habemus, auctor fuerit, quod negatur, aliisque

que rebus erudite acuteque saepe contra vulgatam sententiam disseritur.*)

Homeri Ilias prima, gr. et lat. ex rec. Sam. Clarkii, adiect. clauis *Sam. Patrik.* Ed. noua. Hauniae. 1802. 8.

Homeri Ilias, rhapsod. I — VI. graece cum not. german. et indice vocc. in vsum scholarum, edid. *Cp. Cr. Brohm.* Stendal. 1786. 8.

Ad pag. 154. *lin.* 13.

Collatio textus Iliadis Wolfiani cum eo, quem recens edidit — *de Villoison*, auct. *A. L. Umme*, *in Schul-Magaz.* I. 2.

Ibid. lin. 16.

Scr. Romae 1517. fol. cura *Jo. Luscaris.*

Ibid. lin. antepenult.

De Porphyrio, conf. *Ge. Henr. Nöhden*, comment. de Porphyrii scholiis in Homerum. Gotting. 1797. 8. Is in cap. II. decem enum-

*) Plura de iis, quae in his Excursibus exposita sunt, et alia disertius disputauit cel. *Heyne*, in commentar. de antiqua Homeri lectione indaganda, diiudicanda et restituenda 1796. in comm. soc. reg. scient. Gotting. vol. XIII. pag. 159. sqq. In sententiam Wolfii Heyniique nuper transiit cel. *Schneider* in praef. ad Orphei Argonaut. p. XXVIII. sqq. per partes Rhapsodiar. ostendendo, auctores carminum Homericorum fuisse diuersos, atque in odyssea multo seriorem auctoris aetatem vitamque hominum inuentis et moribus cultiorem agnosci.

enumerat copioſeque deſcribit codd. msstos, in quibus Porphyrii ſcholia ſuperſunt. Add. cel. *Heyne*, tom. III. edit. in prolegom. ſect. III. p. LIII. ſqq. de ſcholiis in homerica carmina, lexicis et gloſſariis.

Ad pag. 156. *lin.* 3.

Multo emendatiora ac pleniora *Joannis Tzetzae* Antehomerica et Poſthomerica e codd. edidit et commentario inſtruxit *Fridericus Jacobs*. Lipſ. 1793. m. 8. conf. ephem. litter. Gotting. 1793. plag. 104. pag. 1041. ſqq., vbi etiam in textu gr. quaedam emendantur.

Ad pag. 156. *med.*

In edit Baſil. *Euſtathii etc.* omiſſus eſt Devarii index, et breuior loco eius ſubſtitutus auctore *Sebaſt. Guldenbeck.* — Epitome quaſi, at minus ſollerter apteque confecta, eſt Κερας Ἀμαλθειας. — *Copiae cornu* ſ. Oceanus enarrationum homericarum, ex Euſtathii in eundem commentariis concinnatus, *Hadriano Junio* autore. Baſil. 1558. fol.

Ad pag. 157. *lin.* 3.

Rhapſod. Δ ſiue lib. V. ibid. 1793. Rhapſod. Z — I. ſiue lib. VI — IX. Dresd. 1794. etc. — Odyſſ. Rhapſ. A. ſiue liber I. Thoruni. 1794. 8. etc.

Ad pag. 158. *lin.* 7.

Com. de Stolberg, vertit german. hymnos XXX. — Batrachom. cum minoribus hy-

hymnis homericis, *in Blüthen griechiſcher Dichter; überſetzt von F. K. L. Freyh. von Seckendorf.* Vinar. 1800. 8. — *Batrachom.* verſio germ. *Jo. Henr. Woltersdorf.* Hamburg. 1784. 8. — Batrach. gr. lat. et ital. Venet. 1744. 4. *v. Pacioni* bibli. degli autori volgar. tom. III. p. 16. ſq. — De quibusd. *Batrachom.* edd. v. ſupra ad I. de Muſaeo.

F. A. Eſchen, verſio hexametr. german. (*Der Froſchmäuſekampf aus dem Griechiſchen,*) *in Biſteri Berlin. Blättern.* a. 1798. *2tem Vierteljahr.* p. 374. ſqq.

Ad pag. 159.

Multas verſiones recentiores recenſet *Brehm* l. c. p. 618. ſqq. v. etiam Addenda, in tom. II. part. 2. Introd. p. 325. ſq. — *Hom. Werke, überſetzt von J. Hein. Voſs.* vol. I—IV. Altonae. 1793. 8. cum figg. et tabb. geographic. de quo opere praeclaro multus eſt Brehm. p. 620. ſqq. — edit. II. nouis curis caſtigata. Regiomont. 1802. IV. voll. 8. cum pluribus tabb. aeneis. *v. Beck.* comment. ſoc. philol. Lipſ. II. part. 2. p. 277. ſqq.

Dacieriae verſio gallica repetita eſt Geneuae. 1779. IV. voll. 8. — *Rochefortii* verſio Iliados et Odyſſeae gallica recuſa eſt Paris. 1781. II. voll. 4. — *Paul. Jer. Bitaubé* verſio prodiit quoque Paris. 1787. 16. XII. voll. cum figg. — Iliade, traduction nouuelle en Proſe, par Mr. *Denis le Brun.* cum textu graeco. Paris. 1776. 12. vol. II. etc. — *Iliade,* trad.

trad. en vers françois, par Mr. *Dobremes.* Paris. vol. I — III. — Opusc. d'Homere, vers. a *L. Coupé.* Paris. II. voll. 1796. 18. In prolegomm. agit de hymno veterum, antiquissimo carminum genere, et de Batrachom. Homeri, quam etiam vertit. Idem addidit notitiam commentatorum vett. Homeri.

Ad pag. 160.

De versionibus *anglicis* et *italicis.* Hn. 2. corr. 1715 — 1720. Singulas editt. enumerat *Brüggem.* in View etc. p. 26. et in Supplement p. 8. memorat recent. ed. with additional notes critical and illustratiue by *Gilb. Wakefield.* Lond. 1796. 8. XI. voll. add. *Brehm* l. c. p. 645. sqq. *Wakef.* in introduct. praemissa Odysseae animaduertit, Popium linguam gr. minime calluisse, latinae autem vix eam habuisse cognitionem, quae sufficeret ad vulgarem lat. versionem recte intelligendam, multaque culpat. Praefixa quoque Popii comment. Essay on the Life of Homer. *Thom. Parneltum,* (nat. Dublini. 1679. mort. 1713.) Popii familiarissimum, habuisse dicitur auctorem. — *Scot,* versionis Popianae auctoritatem imminuturus, edidit: An essay towards a translation of Homer's Works in blank verse, with notes by *Jos. Nicol. Scot,* M. D. Londini 1755. 4. at censores multa reprehenderunt. v. eph. litt. Lipsi. 1755. nr. 70. — Elegans quidem, at iusto liberalior versio metrica Iliados, Odysseae et Batrachom. est facta a *Guil. Cowper.* Lond. 1791.

4.

4. II. tom. — Ed. II. — with copious Alterations and Notes, (*W. Cowpert*,) prepared for the Preſs by the Tranſlator, and now publiſhed with a preface by his *Kinſman*. Lond. 1802. IV. voll. 8.

Ad pag. 160. lin. antepen.

De verſione *Ceſarotti*, (cuius tom. IX. et vlt. prodiit Patau. 1794. et noua ed. tom. I. Venet. 1795. 8.) conf. *Stephan. Arteaga Lettere al ſign. G. B. C. intorno alla Traduz. di Omero dell' Abb. Ceſarotti.* 1787. 8. — Comica Odyſſeae parodia, ſ. Omero traueſtito eſt *L. Odiſſea di Omero*. traſportata in ottaua rima da Monſignor *Bali Gregorio Redi Aretino*, in Redi Opp. Venet. 1751. vol. I. repet. Turini. 1790. 1792. II. voll. 8. v. *Pactoni* Bibl. cit. p. 14. ſq. (qui pag. 11. ſq. pariter recenſet L'Iliade Giocoſa del Sig. *Gio. Franc. Loredano*, Nobile Veneto: publicata da *Henr. Giblet Caualier*, (ſub quo nomine latet ipſe Loredanus.) Venet. 1653. 12. — ed. III. 1654. — ed IV. a. 1602. et 1686. 12. et ſec. edit. quartam in *Loredani* Opp. vol. V.) add. Jen. A. L. Z. 1793. m. Jan. nr. 23. p. 182. ſq. et *neue Bibl. der ſch. Wiſſ.* vol. 49. part. I. p. 147. ſq. — *Homers* Iliade, *traueſtirt nach Blumauer. I. Band. Weiſſenfels u. Leipzig.* 1796. 8. miſerum opus eſſe dicitur in Jen. A. L. Z. a. 1796. m. Oct. nr. 312. — De verſione Iliados *Hiſpanica*, verſib. hendecaſyllabis, auct. *D. Inatio Gorcia Malo*, Matrit. 1788. 1789. III. tom. 8. *u. Neue Bibl. der ſch. Wiſſen-*

ſenſch. Lipſ. 1794. vol. 51. part. II. p. 327. — et ibid. p. 326. de verſione *Polonica* Il. lib. I—VIII. auct. *F. X. Dmochowſki.* Warſou. 1790. 8. — Rhaps. I. in linguam *Bohemicam* tranſl. a. *Jo. Negedy.* Pragae. 1802. 4. — in ling. *Danicam* verſſ. hexametris a *Jo. Baggeſen* in Scandinauiſkt Muſeum. tom. I. Hauniae. 1798. p. 8—55.

Ad pag. 161. *lin.* 1. *et* 2.

Scr. *Raymundo Cunichio*, cuius verſio recuſa eſt *Vindobonae*, (Neoburgi.) 1802. mai. 8. — *F. X. Allegre*, Homeri Ilias lat. carmine expreſſa, ed. Romana venuſtior et emendatior. Romae. 1788.

Ad pag. 165. *med.*

Nur eine Ilias, nur ein Homer, von Bouterweck, in: Akademie der ſchönen Rednerkünſte, angefangen von G. A. Bürger, fortgeſetzt durch eine Geſellſchaft von Gelehrten. I—IV. Stück. Berol. et Gotting. 1797. 8. in partic. quarta. Ex compoſitione totius carminis eiusque partium colligit unitatem negatque, opus eſſe plurium hominum ingeniorumque. Secus ſentire, aut omnino negare, Homerum calluiſſe artem ſcribendi, Wood, Wolfium, Merian, Heynium, Ilgenium, aliosque, iam vidimus, atque Brehm, l. c. copioſus eſt in librorum et commentationum, quae huc pertinent, recenſione. Add. Fabr. B. Gr. I. pag. 352. ſqq. — Quod in Homero nulla fiat litterarum, quamquam ſunt,

ſunt, qui id negent, aut epiſtolarum mentio, id quidem argumentum ad artem ſcribendi Homero abnegandam, haud validum eſſe videtur. Homerus enim ipſe non narrat hiſtoriam, ſed in vtroque carmine homines, qui diu antea vixerunt, et quos ignoraſſe litteras artemque ſcribendi facile conceſſerim, agentes inducit, et cogita homines ſummae auctoritatis atque dignitatis, etiam imperatores medii aeui, barbarie graſſante, qui ignorarunt vel nomen ſuum ſcribere, et tamen ars ſcribendi iam diu inuenta erat. Heroes igitur homerici, ſi litteras pingere neſciuerunt, ab Homero, quamquam ipſe artis ſcribendi haud expers fuerit, litteras ſcribentes induci non potuerunt. — Breuitatis ſtudio pauca adhuc excitabo ſcripta indiciaque recentiora. *Merian* in Quaeſt. ſi Homere a écrit ſes Poèmes, in Mem. Acad. Berol. pro a. 1788. et 1789. p. 513. ſqq. 4. et a. 1793. ſuam ſententiam, Homerum ipſum non conſignaſſe ſcripto poemata ſua, corroborare adlaborauit. — Cl. *Böttiger in neuem teutſch. Merkur* 1796. part. II. p. 133. ſqq. *über die Erfindung des Nilpapyrs u. ſeine Verbreitung in Griechenland* amplecti videtur cl. Wolfii ſententiam. — Contra ea *Manner in: Geographie der Griechen u. Römer*, part. VI. faſc. 3. Norinbergae. 1802. 8. in libro octauo de ſitu antiquae Troiae, aliquoties contra Lecheualier adſentitur Pocockio, atque exiſtimat, ab uno tantum homine Iliada eſſe compoſitam, a ſerioribus autem hinc inde

de corruptam atque interpolatam, et artem ſcribendi inter Graecos aſiaticos, praeter nonnullorum opinionem, fuiſſe antiquiorem. — In the tranſaction of the Royal Iriſh Academy, vol. IV. Dublin. ſ. a. in ſectione: Polite Letters, eſt comment. *Edw. Ledwich*, in Il. VI. σήματα λυγρὰ. Falſum eſſe ſceptiſciſmum, ſcribit, ſi quis dubitet, ſcripturam ſ. litteram eſſe intelligendam, e contrario fuiſſe alphabetum Pelaſgicum et Phoenic. a Cadmo mutatum, epiſtolam Bellerophonti miſſam fuiſſe exaratam antiquioribus et obſoletis litteris ſ. ſignis (in old obſolete Letters.) — Atque ex Il. VI. *Jo. Godofr. Amelang*, Woodii et Meriani iudicia potiſſimum impugnans, in libr. *von dem Alterthum der Schreibekunſt in der Welt, beſonders in Briefen, und insbeſondere von der Correſpondenz in Homer*. Lipſ. 1800. m. 8. in ſect. II. p. 15. ſqq. efficit, Graecis heroicae aetatis innotuiſſe ſcribendi artem; σήματα eſſe etiam litteras, et λυγρὰ non ad ſcribendi difficultatem, ſed ad effectum triſtem ſpectare, et alia ad tuendam ſuam ſententiam adfert argumenta. In ſect. III. p. 119. ſqq. quaerit de Troiae euerſionis tempore, quod ponendum ſtatuit intra a. MLIX. et M. a. Chr. h. e. Dauidis et Salomonis aetate. Plura ex illo libro protulerunt cenſores in ephem. litt. Gotting. 1800. nr. 185. p. 1846. ſq. et in *Beckii* comm. ſoc. philol. Lipſ. I. 2. p. 279. ſqq. — ibid. p. 283. ſqq. vberius recenſetur liber, in quo antiquitas artis ſcribendi et carminum Homeri defen-

fenditur: *Die Erfindung der Buchſtaben-Schrift, ihr Zuſtand und früheſter Gebrauch im Alterthum. Mit Hinſicht auf die neueſten Unterſuchungen über den Homer. Von J. Leonh. Hug.* Prof. theol. Friburgenſi. Vlm. 1801. 4. adiecta tab. aen. Add. Leipz. *Jahrbuch der neueſten Litterat.* p. 72. ſq. de arte ſcribendi apud Graecos antiquiſſimos. — *H. W. A. de Marées*, Prof. Gymnaſ. Berol. *in Verſuch über die Cultur der Griechen zur Zeit des Homers. Nebſt einigen geographiſchen Anmerkungen zu Rob. Woods Verſuch über das Originalgenie des Homer.* Berol. 1797. min. 8. p. 84. ſqq. oſtendit, Homerum tenuiſſe artem ſcribendi, ſuaque carmina litteris conſignaſſe. — *Ueber Homer's Sprache, aus dem Geſichtspunkt ihrer Analogie mit der allgemeinen Kinder- und Volksſprache von Jo. Jac. Heinr. Naſt*, Prof. Gymnaſii Stuttgardt. 1801. 8. Conf. ephem. litt. Gotting. a. 1802. p. 1487. ſq. — Ex Hom. igitur Il. 2. 168. 169. vbi Bellerophon per Proteum dicitur miſſus ad regem Lyciorum cum tabulis, in quibus hic rogatur, vt illum interficiat, aliis videtur probabile, ante Homerum litterarum quidem in ligno ſculpturam fuiſſe cognitam. *V. Gotthilf Fiſcher* in Eſſay ſur le monumens typographiq. de Jean Gutenberg, Mayencais, Inventeur de l'Imprimerie, à Mayence l'an 10. p. 14. qui citat *Martorellum* de regia theca calamaria cum additament. Neap. 1760. 4. et ad *Auguſtin. Rode* libr. 1800. recenſ. in ephem. litt. Gotting. 1801. nr. 91. —

In

In iisdem Lipſ. comm. l. c. pag. 277. ex *Sebaldi Fulconis Jo Rauii* Orationibus II. altera de poeſeos hebraicae prae Arabum poeſi praeſtantia, tam veritatis, quam diuinae maieſtatis religionis in veteri cod. ſacro traditae argumento, altera de poeticae facultatis excellentia et perfectione ſpectata in tribus poetarum principibus, ſcriptore *Jobi*, *Homero* et *Oſſiano*,*) habitis publice — Lugd. B. 1800. mai. 8. ea, quae ad Homeri laudem atque commendationem pertinent, potiſſimum excerpta leguntur.

Ad pag. 168. *lin.* 10.

Recherches ſur la vie et les écrits d'Homere, traduites pour la premiere fois, de l'anglais de *Thom. Blackwell.* — par *J. N. Quatremère.* Roiſſy à Paris. a. 7. in 8. conf. Magaſin encyclop. tom. V. 4. an. nr. 18.

Ad pag. 171. *lin.* 18.

Köppenii erklärende Anmerk. tom. IV. 1791. — tom. V. 1792. tomum vltimum, qui poſt mortem Koeppenii deſiderabatur, promiſſit *C. F. Heinrich*, qui duorum priorum tomorum nouam curauit edition. Hannou. 1794. et 1795. 8. — In cenſura partis IV. in Jen. A. L. Z. a. 1793. m. Febr. nr. 41. p. 323. ſqq. de ſcuto homerico, quod multorum VV. DD.

*) Homerus et Oſſian. quoque comparantur in lib. menſtruo: *Horen*, a. 1795. part. X. pag. 86. ſqq.

DD. etiam noſtra aetate diligentiam atque ingenium exercuit, diſputatur eiusque deſcribuntur partes. — In Eſſays by a Society of Gentlemen at Exeter. Exet. et Lond. 1796. m. 8. eſt comm. de ſcutis Herculis ap. Heſiodum et Achillis ap. Homerum. Prius putat auctor, eſſe antiquius, et vertit vtriusque poetae deſcriptionem, atque aliorum diiudicat interpretationes; ait, neutrum illorum ſcutorum non poſſe conſiderari tamquam opus arte factum. Conf. cenſor. in ephem. litt. Gotting. a. 1797. pag. 393.

Ad. pag. 172. lin. 7.

Jo. Henr. Voſs über Homers Ocean, in Promtuario Gotting. (Gott. Magazin,) 1780. Idem in verſione Homeri german. ſupra laudata et alibi geographiam homericam explicare atque illuſtrare ſuſtinuit. Magna etiam controuerſia praeſertim in M. Britannia, eſt orta de Troia, eius ſitu et regione tam homerica, quam hodierna. Woodii, le Cheualier, (de quo v. etiam Add. in tom. II. part. II. introduct. p. 326.) Bryanti, (qui negauit, Troianum bellum fuiſſe, et Troiam ipſam Homericam exſtitiſſe vmquam, ideoque multos nactus eſt aduerſarios,) Wakefieldii, Dallaway, Morriti, Vincentii, Choiſeul Gouffier opiniones ſcriptaque, horumque verſiones, item Mülleri et Car. Gotth. Lenzii libros recenſet *Brehm* l. c. p. 673. ſqq., de quibus alio loco plura dicentur. Add. *Thom. Falkoner* Remarks on ſome paſſages in Mr. Bryan-

Bryant's Publications respecting the War of Troy. By the Edition of the Voyage of Hanno. Oxon. 1799. 8. — *Guil. Franklin* Remarks and Obseruations on the Plain of Troy, made during an Excursion in June 1799. Lond. 1800. 4. — et *Beckii* comm. citt. I. 1. pag. 123. sqq. et 1. 2. p. 312. ac *Schlichthorsti* comm. *über die Gränzen der mythischen und historischen Geographie und den Begriff der Homerischen in Wielandi neuem teutschen Merkur.* a. 1791. part. XII. p. 430. sqq. — Add. de geograph. antiqua acutas obss. cel. *Vossii in Musenalmanach* 1789. — *in neuem deutschen Museum*, 1790. — in comm. ad vers. suam germ. Virg. Eclog. ac Georgic. pluribus locc. et in *mytholog. Briefen*, atque alibi. — Post ea, quae a me ad Fabricii B. Gr. et in Introd. iam indicata sunt, scripta maioris minorisque molis, quae ad intelligentiam aut interpretationem Homeri aut inquisitionem carminum variorumue locorum criticam pertinent, larga adhuc seges colligi potest, nec spernendam vim congesserunt cl. *Brehm* et *Brüggemann* ll. citt. ad quos ablego lectores Homeri cupidos. Quapropter in paucorum commemoratione acquiescam. — A Series of Letters. By the Rev. *William Tasker*. A. B. Second ed. 1798. 8 Maximam illorum partem occupat inuestigatio, num Homerus habuerit scientiam anatomiae, quod multis rationibus argumentisque confirmatur. Praeterea agit auctor de pestilentia in Achiuorum castris, de Nepenthe Homeri, quod inuen-

tum aegyptiacum et potum, opio commixtum, fuiſſe putat. — De aliis ſimilis argumenti libellis, et *Millini* libro, de Mineralogia Homeri, gallice ſcripto, Paris. et Argent. 1790. 8. eiusque verſione germ. cum correctione. *Frid. Theod. Rinckii*, Regiomonti et Lipſ. 1793. 8. *v. Brehm* l. c. p. 709. ſqq. — III. Pr. *Ch. F. Matthaei*; inſunt ſcholia inedita ad Il. I. Dresdae. 1786. 4. — *Frid. Guil. Hezel, im Schriftforſcher, einem Sonntagsblatt*, faſc. I. part. II. Gieſsae. 1791. 8. contulit Homerum cum ſcriptoribus ſacris V. T. et quidem comparat 1) illorum mores ritusque; 2) illorum dictionem vſumque loquendi; 3) illorum philoſophiam. conf. ephem. litt. Erford. a. 1792. ſcid. VI. p. 41. ſqq. — *C. P. Conz in: Weitere Bemerkungen über die ältern Vorſtellungen vom Schickſal, Nothwendigkeit und Strafgerechtigkeit, in Stäudlini Magazin für Religions- Moral- und Kirchen-Geſchichte.* Gotting. 1801. 8. p. 187 — 215. perſequitur potiſſimum opiniones effataque Homeri atque Senecae. — *In: Auserleſene Abhandlungen, philoſophiſchen, aeſthetiſchen, litterariſchen Innhalts, aus den Memoir. de l' Inſtitut national, oder auch andern Jahrsbüchern gelehrter Akademien überſetzt und mit einigen Anmerk. begleitet von Karl Adolph Caeſar, Prof. in Leipzig.* Lipſ. 1802. m. 8. ſunt, nr. 2) *eine Abhandlung über die Sitten u. Gebräuche der Griechen zu den Zeiten des Homers, von P. K. Levesque*, ex Feithio, Wood et Koeppen. nr 3) eiusdem *Lev. über* den

den Homer, ex Mem. de l'Inſtit. nat. des Sc. et Arts. tom. II. p. 22 — 37. primum de poetis agitur ante Homerum, qui huic viam quaſi munierunt, Oleno, Orpheo, Pampho, etiam Amphiarao et Daphne, Tireſiae filia; tum de Orobantio, Troezene orto, denique de Homero eiusque carminibus epicis. — M. *Stolz* diſp. de ingenio Homeri. Lund. partic. I. a. 1789. — II. et III. a. 1790.

Ueber die Homeriſchen Gleichniſſe, ihre Uebereinſtimmung und Abweichung von den Gleichniſſen neuerer Dichter; über ihr Eigenthümliches und Behandlung bey Erklärung derſelben. Nebſt einer Beyſpielſammlung der wichtigſten Homeriſchen Gleichniſſe und Erläuterungen derſelben von Jo. Fried. Wilhelm Egen. Magdeburg. 1790. 8. conf. *Allgem. deutſche Bibl.* vol. 112. part. 1. Kilon. 1792. p. 239. ſqq. — *Chriſtph. Dahl*, gr. linguae P. P. O. diſſ. de natura ſimilitudinum ex Homero, reſp. *G. Backman*, ſpec. I. Vpſal. 1791. — *G. W. C. Starke*, Rect. ſcholae Bernburg. Pr. *Ueber einige Gleichniſſe des Homers etc.* (Rhapſod. V. Odyſs.) Bernburg. 1795. 8. et in *Ruperti* ac *Schlichthorſt Magazin etc.* ſ. commentatt. philolog. vol. V. Bremen. 1797. 8. Alia eiusdem comment. ſ. continuatio eiusd. argumenti *in Bürger. Akademie der ſchönen Redekünſte.* II. 1. Gotting. 1798. 8. — De *πάθει* et characteribus Homeri in Iliade diſputat *Guil. Tindal*, A. M. et Rector Billingford. in Norfolk, in: Iuuenile Excurſions in Litterature and Criticiſm. Col-

ſis fragmentis compoſitum, nec ea fragmenta ex vno eodemque carmine mutua eſſe ſumta. Idem, *Theogoniam*, ſuſpicatur, ab alio potius antiquo poeta, quam ab Heſiodo, eſſe compoſitam. Add. cel. *Eichſtädt in kurzgefaſstem Handwörterburch über die ſchönen Künſte von einer Geſellſchaft von Gelehrten*, tom. I. p. 594. coll. cel. *Heinrich* l. c. p. 203. ſq., qui etiam in adp. I. ad libr. mem. *Epimenides aus Kreta etc.* pag. 163. arbitratur, κατάλογον γυναικων, (de quo v. ad *Fabr.* B. G. I. p. 578. ſqq.) carmen ad aetatem poeſeos Heſiodeae referendum et per partes feſtis muſicalibus decantatum, ſic formam ſuam accepiſſe.

Ad pag. 177. *ſect.* 4. *lin.* 6.

Editio Heſiodi, Mediolani, per Anton. Zarottum. 1483. fol. eſt ficta. v. cel. *Panzer* A. T. vol. II. p. 47. nr. 225.

Ad pag. 178. *lin.* 19.

Heſiodi O. et D. Nicolao Valla interprete, (cum eodem poemate graeco, at ſeorſim.) Baſil. ap. Jo. Froben. m. Febr. 1518. 4. vide *Panzer.* A. T. VI. p. 204. nr. 217.

Ad pag. 179. *lin. penult.*

Item Lipſiae per Jac. Thanner. 1503. 4. Colon. 1510. 4.

Ad pag. 182. *lin.* 15.

Wintertoni ed. iam comparuit 1628. — Editio Lond. 1739. priorem partem edit. Winter-

tertonii, omiſſis Wintertonii obſſ. in Heſiodum, continere dicitur.

Ad pag. 183. lin. 3.

Lege *auctarii.* — *Schreuelii* editio etiam recuſa eſt, Londini 1659. 8. Cantabrig. 1672. 8. — *Heſiodus*, gr. et lat. cum vocum difficiliorum explicatione grammatica, ac tabulis aeri inciſis etc. in Poetis minoribus graecis ſelectis et emendatis, in vſum ſcholarum. Londini, 1728. 1739. 8.

Ad pag. 186. med.

Heſiodi O. et D. cum indice analytico et exegetico. Strengnes in Suecia 1776. 8. — *Heſiodi* ſcutum Herculis, cum Grammaticorum ſcholiis graecis. Emendauit et illuſtrauit atque praemiſſa praef. ad C. G. Heynium edidit *Car. Frid. Heinrich.* Vratislauiae 1802. m. 8. Conſuluit quoque edit. doct. codicem Vratislauienſem. Conf. *Beckii* commentar. ſociet. philol. Lipſ. III. 2. p. 370. — Ἡσιοδου ἐργα και Ἡμεραι. *Heſiods Tagwerk, mit erklärenden u. krit. Anmerkung. u. einem Wortregiſter von W. Lange.* Lipſ. 1790. 8. — Ἡσιοδου E. και Ἡ. *Hes. moraliſche u. ökon. Vorſchriften von L. Wachler.* Lemgou. 1792. 8. cum obſ. et indice. — *Heſiodi O. et D.* in vſum auditorum, adiecta lectionum, quae alicuius momenti videbantur, varietate, edi curauit *Birgerus Thorlacius*, etc. Hauniae. 1801. 8. — Scutum Herculis, gr. in *Koeppenii griech. Blumenleſe*, part. I. p. 97 — 146. cum introduct.

duct. multisque notis egregiis. Conf. *Brehm bibl. Handbuch*, II. p. 322. sqq., vbi variorum recentiores versiones recensentur, et Adenda ad Introd. II. 2. p. 326. sq. — *Hesiod. Gedichte, ins Deutsche* (versibus hexametris) *übersetzt, nebst Epibläsen* (varii generis et pretii, ad interpretationem atque intelligentiam Hesiodi parum facientibus,) *von Chr. Heinr. Schütze.* Hamburg. et Kilon. 1797. 8. — In linguam gallicam translata sunt Hes. opp. a *C. L. Coupé.* Paris. 1796. et in Coupé Collection de Poètes grecs. 12. — Item in Soirées litteraires passim per partes I—IV. Paris. 1796. 8. De anglicis vers. aliisque ad Hesiodum pertinentibus lib. vide *Brüggemann.* View etc. p. 42. sq.

Ad pag. 188. *lin.* 11.

Dav. Ruhnken. obss. criticae in Hes. in Epistolis crit. ed. II. Lugd. Bat. 1782. 8. — *Heyler* de scuto Herculis, Pr. Grunstadt et Worms. 1784. 4. — De Theogonia, ab Hesiodo condita, *Heyne* in commentatt. soc. Gotting. tom. II. p. 125. sqq. et *de la Barré* in Mem. de l'Acad. des Inscript. tom. XVIII. 1. sqq. — De Hesiodo cl. *Henr. Car. Abr. Eichstädt, in Handwörterbuche über die schön. Künste von einer Gesellschaft Gelehrten*, tom. I. part. I. Lipsi. 1795. 8. — *Jacobs* de mytho quodam *in Bibl. der alten Litterat. u. Kunst*, part. X. p. 48. sqq. — *Jo. Casp. Frid. Manso in Nachträgen zur Theorie des Sulzers.* tom. III. part. I. Lipsi. 1794. 8. —

C.

C. F. Heinrich de scuto Herculis *in N. Bibl. der schön. Wissensch.* 56. II. p. 195. sqq.

Ad pag. 189. §. 4. *de* ARCHILOCHO.

Ad sect. 4. *lin.* 2.

Ap. Henr. Stephan. ed. II. 1566, 12. tom. II. p. 376. sqq. — in edit. VI. graeco-latina H. Steph. — locupletata. Ebroduni, ex societate Heluet. Cald. 1624. 12. p. 630. sqq. — In Selectis ex Homeri Odyssea, Hesiodo etc. ed. II. Eton. 1777. 8. — Fragm. in *Brunckii* editione Anacreontis mai. Argentor. 1786. 8. — *Scolia* in *Ilgen* carmin. conuiualib. Graecor. p. 179. sqq. 189. sqq. — Fragmenta quaedam sunt germanice versa a *Christi. Com. de Stolberg*, *in Gedichten aus dem Griechischen übersetzt.* Hamburg. 1782. 8. et a *Jo. Georg. Herder. in zerstreuten Blättern*; collect. II. edit. II. Gothae. 1796. 8.

Ibid. ad sect. 6.

Aug. Matthiae coniecturae et emendatt. in Ruperti ac Schlichthorstii promtuario s. *neuem Magazin für Schullehrer*, tom. III. part. 2. Bremae. 1795. 8. — Ibid. in tom. II. 1. p. 246. sqq. *J. F. Ch. Jedelii* animadu. in epigr. quoddam Archilochi, de voc. difficili ἔντος.

Ad

Ad pag. 192. §. 5. *de* TYRTAEO.

Ad lin. 13.

Corr. *Dahl*, cuius continuat. a. 1790. tertia part. Vpſal. 1800. prodiit. Add. Τυρταίου ἄσματα. I cantici di *Tirteo* tradotti ed illuſtrati da *Luigi Lamberti*. Paris. et Argent. an. 9. (1801.) 8. Lambert. italicae metricae interpretationi adiecit latinam ſolutam, et quasdam Brunkii atque Klotzii animaduerſiones. — *Tyrtaei* elegias cum pluribus carminibus Bionis, Moſchi, Anacreontis, Theocriti etc. germanicis verſibus reddidit *F. C. L. lib. Baro de Seckendorf*, *in Blüthen griechiſcher Dichter etc. Vinar.* 1800. 8. — *Bothe* germanice vertit *in Probe einer Verteutſchung von Popens Verſuch über den Menſchen*, Berol. 1793. — The War-Elegies (IV) of Tyrtaeus, imitated and addreſſed to the People of Great Britain with ſome Obſeruatt. on the Life and Poems of Tyrtaeus. By *Henry James Pye*. Lond. 1795. 8. Pye exemplum ſuum imitatione felici, et, quantum fieri potuit, ab illo parum diſcedente adſequi ſtuduit. —

Ad §. 6. *ALCMAN.*

Ad pag. 193.

V. ad §. 4. ad pag. 189. de Stephan. editt. Lyricor. — *Staueren.* ad Cornel. Nep. XV. 6. 2. pag. 426. ed. II. mai. plures adfert Alcmoeones, in hiſtoria vera illuſtres, quorum varietas viros doctos in errorem abſtulit.

Ad

Ad §. 7. ALCAEVS.

Ad pag. 195. *ſect.* 5.

De ſcolio in laudes *Harmodii etc.*

Id cel. *Ilgen* in ed. Σκόλια h. e. carmina conuiualia etc. Jenae. 1798. 8. diuidit pag. 46. ſqq. in quatuor ſcolia, n. X—XIII., diuerſa, et copioſe diſputat de Hipparcho eiusque interfectoribus, Harmodio atque Ariſtogitone, et quae cauſſa caedis ac quis euentus fuerit; p. 58. ſqq. oſtendit, quatuor illa ſcolia vulgo, at perperam, pro vno haberi a viris doctis; pag. 60. ſq. iudicat, ſi uerus ſit Calliſtratus auctor, eum non niſi iſtius cantiunculae eſſe, quae incipiat Φίλταϛ' Ἁρμόδι (ſcolii XIII. ap. Ilgen.). Tum IV. illa ſcolia graece reddit, emendat, acute docteque explicat. Fragmm. ſunt quoque in *Jacobs* Anthol. gr. — *J. G. Herderi* comm. de Alcaeo in eius *Terpſichore*. Lübec. 1790. 8.

---

§. 8. SAPPHO.

Ad pag. 199. *lin.* 7.

Himerius in orat. I. §. 4. p. 328. ſqq. vbi v. Wernsdorf, Sapphus epithalamium (Ϝάλαμον,) ſ. odam nuptialem in Venerem valde laudat eiusque argumentum et rationem deſcribit. — La Faonide. Inni ed Odi di *Saffo*, tradotti dal teſto greco in metro italiano, da G. J. P. A. Londini. Molini 1792. 4. — *Abrah. Gottlieb Raabe*, P. P. extraord. Pr. Inter-

terpretatio odarii Sapphici in Venerem. Lipſ. 1794. 4.

§. 9. SOLON.

Ad pag. 203. ſub. fin.

Expoſitio verſuum Solonis et aliorum quorumdam, (*Mimnermi, Tyrtaei, Callinoi*) latina et commentatio de his *Joachimi Camerarii.* Lipſiae. f. a. 8. pag. 165. in fine alterius comment. ſubſcripſit *anno Chriſti Jeſu* MD. LI. (1551.) *Cal. Octobr.* Pag. 148. idem adnotauit, init. alterius comment. in Solonis elegiam, a Demoſthene citatam, de cauſſis, quae adferunt exitium regnis et magnis ciuitatibus, a Phil. Melanchthone conuerſam, ſe alios verſus ante annos VIII. adiunxiſſe orationi ſuae de bello ſuſcipiendo et gerendo contre Turcas. — Quatuor carm. german. vertit *Chriſt. Com. de Stollberg* in ſuis carminibus ſupra laudatis.

Ad §. 12. *AESOPVS.*

Ad pag. 208. lin. 13.

Wernsdorf. in tom. V. Poetarum latin. minor. part. 2. prolegg. pag. 666. not. z. ex Auſonii epiſt. 16. ad Probum ſuſpicatur, *Titianum* (de quo p. 663. ſqq. agit,) inter Romanos forte primum fuiſſe, qui *Babrii* fabulas in proſam reduceret.

Ad

Ad pag. 210. lin. 30.

Cum iis, quae ad *Fabr.* pag. 639. init. ſcripſeram, confer, quae *Blankenburg* in ſuppl. ad *Sulzeri Theorie etc.* I. p. 550. col. b. Lipſ. 1796. mai. 8. pro Leſſingio diſputauit. — Rara eſt edit. *Aeſopi fabulae* latino carmine, per Dominicum de Niualdis una cum filiis. Monteregali (Mondiui.) 1481. fol. vide *Panzeri* A. T. II, pag. 146. et ad Fabr. I. p. 642. not. ſub. fin.

Ad pag. 214. med.

Büchlini edit. iterum auctior et emendat. Halis Sax. 1799. 8. prodiit. — Αἰσώπου βίος καὶ μῦθοι, ἑλληνιστὶ μετὰ προθήκης τῆς Χριστουπόλεως Ἀντωνίου τοῦ Βυζαντίου. Venet. ex typogr. Nic. Glykys. Ex catalogo librorum illius typographi. 1798. u. Lipſ. *allg. litter. Anzeiger.* 1799. nr. 67, — *Aeſopi* fabb. (ed. *Appelberg.*) Lund. 1787. 8. *Aeſops Fabeln, aus dem Griechiſch. überſetzt, und mit erklärenden Anmerkungen begleitet. Nebſt deſſen Leben nach d. Meziriac.* (auctore *J. F. W. Motz.*) Lipſiae. 1794. 8. — Nouveau choix de Fables *d'Eſope*, diviſé en trois Parties, dont les deux premières ſont traduites interlinéairement en latin et en françois, avec notes grammaticales. A l'uſage des Ecoles centrales. Par *J. P. Gail*, Prof. de littérature grecque au collège de France. 9e volume de la collection in 8°. Servant d'Introduction au Cours Grec. à Paris, chez l'Auteur l'an 7. in 8. — Antea autem editi fuerunt: Les trois Fa-

Fabuliſtes, *Eſope*, *Phèdre* et *la Fontaine*, par *Chamfort* et *Gail.* Paris. l'an. V. ſ. 1797. 8. tom. III. Singuli tamen ſeparatim quoque vendi ſolent. Tom igitur I. continet *Eſope*, grec et latin, traduit en Français par *J. B. Gail.* Graecus textus eſt repetitus ex edit. Baſil. 1550. Acc. XXVIII fabulae, quas *Rochefort* ex cod. bibl. regiae primus euulgauit in Notices des Msts. tom. II. p. 687. ſqq. notisque illuſtrauit. Gallica verſio fabularum, recens inuentarum, proficiſcitur a *Rochefort*, veterum vero a *Gailio*, cuius verſio eſt vt plurimum fida. — Les Fables d'*Eſope* trad. du Grec. Nouv. Ed. augm. de la Trad. des fables de *Lockmann*, par *Cholet* et *Mulot*, (addito Auberti ſerm. de ratione legendarum fabularum) Paris. 1791. 8. — Les Fables d'*Eſope* miſes en français avec le ſens moral en quatre vers et des figg à chaque fable. Ed. revue, corr. et augm de la vie d'*Eſope* et les Quatrains de Benſerade. Paris. 1798. 12. — *Funfzig aeſopiſche Fabeln, in Verſen und Proſa von K. Lang.* Erlangae. 1786. 8. — *Erleſene aeſopiſche Fabeln, mit Anwendungen, Lehren u. eingedruckten Kupfern, insbeſondere zum Gebrauch für die Jugend; auch Aeſops Leben und Schickſale mit Anmerk. von J. H. M. Erneſti.* Nurnberg. 1790 8. — Germanice quoque verterunt fabb. Aeſop. anonymus, Hauniae et Lipſ. 1763. rec. 1782. 8. — alius Lipſ. 794. 8. (quae verſio culpatur in noua bibl. vniu. germ. Kilon. vol. XVII. part. II. faſc. 7. p. 442. ſqq. a. 1795.) — et

et *Bremer*, Quedlinburg. 1781. 8. — De verſione fabb. *Aeſop. Bohemica*, Pragae, circ. a. 1487. 4. v. cl. Panzer. A. T. IV. p. 341. ex *Car. Vngari neuen Beyträgen zur alten Geſch. der Buchdruckerkunſt in Böhmen* et V. D. in Lipſ. *Allgem. litt. Anzeig.* a. 1800. nr. 119. p. 1168. — De aliis recent. verſionibus, imitationibus aliisque ſcriptis ad Aes. fabb. pertinentibus v. quoque *Brehm bibliograph. Handbuch*, tom. II. pag. 55. ſqq.

Ad pag. 215. *lin.* 10.

Add. *Brüggemann* View etc. pag. 48. ſqq. ac Supplem. p. 15. ſqq. *Frid. Jacobs* de Aeſopo eiusque fabb. *in Nachträgen zu Sulzers Theorie etc.* tom. II. part. 2. et addenda ad introd. II. 2. p. 327.

Ad §. 13. *PHALARIS.*

Ad pag. 216. *ſect.* 3. *fin.*

I. C. Wolf. in praef. ad Libanii epp. ed. mai. ſub finem ſuſpicatur, *Libanium* videri epiſtolarum Pſeudo-Phalarid. architectum.

Ibid. ſect. 4.

Epiſt. — a *Franc. Aretino* in latin. tranſlatae, Paris. 4. ſ. a. *v. Panzer* A. T. II. pag. 271. nr. 5. et p. 11. nr. 8. de edit. Meſſanae, 4. ſ. a. — tum tom. I p. 337. nr. 448. de ed. Colon. ſ. a. typis Jo. Koelhof de Lubeck. fol. —

— ibid. pag. 413. nr. 83. de ed. Florent. per Anton. Franciſci, Venetum. 1487. 4. etc.

Ad pag. 217. ſect. 4. fin.

Lettres de *Phalaris*, Tyran d'Agrigente, trad. du Latin de *Fr. Accolti*, dit *l'Aretin*, et publiées par *Th. Beauvais* P. Deſenne. Paris. 1797. 8. — XI. epp. germanice vertit *Stockhauſen* in collectione variar. epiſtolar. Helmſtadt. 1768. 8.

Ad pag. 219. ſect. 7. fin.

De *Ariphrone*, vetuſto quidem, ſed incertae aetatis poeta, eiusque ſcolio, quod etiam recepi in Anthol. gr. poet. ed. rec. pag. 89. *v. Fabr.* l. c. pag. 111. in primis *Ilgen*, in carminib. conuiual. Graecorum, p. 120. ſq.

Ad pag. 224. lin. 2.

F. G. Fiſcher edidit Theogn. gr. et germanice vertit. Altenburg. 1739. 8. etc. — Specimen verſionis germanicae metricae (verſſ. 184.) dedit, additis obſeruatt. criticis atque exegeticis, *Gotth. Sam. Falbe*, Prof. et Rector collegii Gröning. Stargard. in Pomeran. 1799. in proluſione quadam ſcholaſtica. — *Vlric. Andr. Rohde* de vett. poetarum ſapientia gnomica ſupra laudata, pag. 277. ſqq. et p. 281. ſqq. de *Theognide*, *Phocylide*, *Simonide* aliisque gnomicis poetis.

Ad

Ad pag. 224. §. 18. *de* PHOCYLIDE, *ſect.* 2.

Rhode libr. mem. pag. 281. not. ſuſpicatur, Phocylid. fuiſſe *Chium*, ex quinti fragmenti parodia quam cecinit *Demodocus Lerius*, (v. Brunckii Analecta II. 56.) cui ſane, ait, multum ex acumine peribit, niſi in Phocylidem retorta fuit.

Ad pag. 224. *ſect.* 3. *lin.* 12.

Georg. Calixtus de immortalitate animae, cap. IV. §. 6. et 7. Phocylidem, opinatur, fuiſſe hominem chriſtianum, qui vt deorum cultoribus ſententias ſuas faceret acceptiores, Phocylidae eas ſuppoſuiſſet.

Ad pag. 225. *lin. vlt.*

Phocylidis carmina e S. S. illuſtrata, edidit *Henr. Bonick.* Lipſ. 1710. 8. — *Abriſs einer Religionslehre des Plato, Denkſprüche des Phocylides, der Pythagoreer und Kleänths Geſang auf Gott. Aus dem Griechiſchen für Freunde der Religion überſetzt von Ludwig Hörſtel, Doctor der Philoſophie und Philologie am Katharin. zu Braunſchw. Hannover.* 1798. 8. conf. ephem. Gotting. litter. a. 1798. nr. 30. — Reflexions ſur ce qu'a pu être le *Phocylide*, dont nous avons les ſentences, d'après un Mst. de l'abbaye de St. Remy de Rheims; par Mr. *Vincent*, in Journ. des Savans, ed. Haagae Com. 1788. X. p. 1965. ſqq.

Ad §. 19. ANACREON.

Ad pag. 229. sect. 4. lin. 14.

Sylloge carm. poet. gr. lyricor. ab *H. Stephano* curata, prodiit edit. II. in cuius tomo II. exhibentur carmina Anacreontica. 1560. 18. cum epistola nuncupatoria ad Phil. Melanchthonem scripta.) — tum 1566. (in qua ed. p. 430. sqq. leguntur quaedam H. Stephani castigatt. in Anacreontem.) et saepius. — Editio VI. Ebroduni. 1624. 12. (de Stephan. editt. vid. ad Fabric. B. Gr. II. p. 70.)

Ad pag. 229. lin. penult.

Edit. Dacieriae, Fabri fil. prelo exiisse Paris. 1681. 12. narrat cel. *Chardon-la Rochette* in Notitia paullo post laudanda p. 37. Anno tamen 1682. lucem adspexerunt Anacr. poemata: *Les Poesies d'Anacreon* et de *Sappho* trad. de Grec en François, avec des Remarques. Par Mademoiselle *le Fevre*. Paris. 1682. 12. teste censore, qui versionem non minus quam notas Dacier. valde laudat, in Actis erudit. a. 1683. m. Sept. p. 402. sq.

Ad pag. 230. lin. 7.

De rara *Rancei* edit. vide doctam diss. s. Notice de l' Edition grecque d' Anacreon, donnée par l'Abbé *de Rancé* en 1639. par *Chardon-la Rochette*, in Magasin encyclop. V^e^ année, tom. 6. Primum caussam extremae raritatis huius edit. enarrat vir doct. quod n. Ranceus, postquam nomen professus est et seue-

ſeueriorem vitam degere coepit inter monachos ord. de la Trappe, omnia combuſſit exemplaria. Tum inſcriptionem edit. Ἀνακρεόντος Τηίου τὰ μέλη, μετὰ σχολίων Ἀρμάνδου Ἰωάννου Βουθιλλιηρίου ἀρχιμανδρίτου. Paris. ex typogr. Jac. Dugaſt - ad oliuam R. Stephani. 1639. 8. atque epiſtolam nuncupatoriam ad Richelieu, patrem purpuratum, et alia praemiſſa recudi fecit. Dein operam Rancei eiusque laudat ſcholia, quae noua luce, textu e cod. Palat. emendato nouisque notarum acceſſionibus adiectis, digna cenſet, atque exempla quaedam cum verſione francogallica reddit, idemque, quomodo noua editio curari poſſit, doctum dat ſpecimen. Quae nona dicitur edit. a. 1647. ea tantummodo nouam accepiſſe mutato primo folio illi videtur inſcriptionem. Inſuper plura alia, quae hiſtoriam et illius editionis et ipſius Rancei illuſtrant, ſcite docteque adnotat. — Edit. *Corn. de Paw.* ſunt exemplaria, quae in titulo praeſe ferant a. 1753., ſed eſt editio a. 1732. fronte tantum libri mutata.

Ad pag. 230. *lin.* 28.

Scr. 1695.

Ad pag. 231. *lin.* 10.

Barnes. edit. tertia, Londini. 1734. 8. rec. ibid. 1742. 12. — et *Lami* ed. ſine accentibus cum latina eodem verſuum genere interpretatione prodiit Florent. 1742. in 12.

Ibid.

Ibid. lin. 26.

De tertia eaque locupletiore *Fiſcheri* ed. et aliis rebus v. Add. ad Introd. II. 2. p. 328.

Ad pag. 233. *lin.* 2.

A Spaletto cod. illum, quondam Vatican. nunc Pariſienſem minus diligenter collatum eſſe, docuit, et curatiorem dedit collationem *Leuesque* in Notices et Extraits de Mssts. de la Biblioth. nationale etc. tom. V. Paris. an. VII. mai. 4.

Ad pag. 233. *lin.* 25.

In ſingulari folio legitur: „opus abſolutum eſt in regio Parmenſi typographeio. 1785. Cal April." — Exemplaria edit. Bodon. ibid. formam habent 8. et 16. — Confer *Jo. Chri. ſtoph. Amadutii* epiſt. ad *Joh. B. Bodon.* qua emendatur et ſuppletur comment. de Anacreontis genere eiusque bibliotheca. ibid. min. 8.

Ad pag. 234. *lin.* 11.

Briegeri ed. excuſa eſt 1787. Add. *Odi di Anacreonte e di Saffo*, recate in verſi italiani da *Franc. Saverino de Royati.* Collae (oppido in Toſcania.) 1783. II. tomi. 8. cum textu graeco et multis obſeruatt. ac nonnullis editoris poematibus.

Odes d' Anacréon traduites en François avec le text grec, la verſion latine, des notes critiques et un diſcours ſur la Muſique grecque; par *J. B. Gail.* Avec eſtampes et odes

odes miſes en muſique etc. Paris. a. VII. (1799.) 4. — Iterum in forma minore ac parabiliore. Paris. 1801. IV. voll. in 18. Verſio gallica antea iam facta et edita fuit in *Gail* Collection des Auteurs grecs claſſiques in vol. I. Paris. 1788. 12. et ſeparatim cum notis criticis etc. Paris. 1794. 8. — *Anacr.* gr. cum verſione metrica notisque in lingua Ruſſica ſcriptis. Petroburgi. 1794. 4. ed. nitida. — *Anacr.* carm. ex duobus codd. Palermi ſeruatis emendata cum verſ. italica. Inſcriptio libri haec eſt: *Le Canzioni di Anacreonte* tradotte dal Greco in verſo ſciolto da *Mariano Vulguanera*, (Panormitano, qui ſaec. XVI. vixit, v. Mongitor. bibl. ſiculam, II. pag. 44. ſq. vbi eius verſio Msta iam citatur, ſed in hac ed. primum e Mst. euulgata eſt,) Palermo della R. Stamperia. 1795. 12. — *Anacr.* carmina et fragmenta, gr. cum notis edidit *Ludou. Henr. Teucherus.* Lipſ. 1799. 8. Baſis eſt ed. H. Stephani; ſed ſaepe reſcriptae ſunt aliorum interpretum et propriae emendatt. Ordo odarum eſt mutatus: hinc primum poſitae ſunt odae, quae genuinae Anacreontis habentur; tum ſequuntur eae, quae ab aliis interpretibus aliis tribui ſolent poetis. conf. Jen. A. L. Z. a. 1799. m. Dec. nr. 406. col. 751.

Ad pag. 235. lin. 3.

Anacreonti quae tribuuntur carminum paraphraſis, (libera, ſed elegans,) elegiaca, auctore *J. H. Hoeuft.* Dordraci. 1795. 8. (conf. ephem. Lipſ. a. 1796. 8. plag. 38.) —

Eius

Kius *Heeuft* tentamen Anacreonteum alterum, ſ. Anacreontis, quae dicuntur, odaria totidem verſibus et eodem metro latine reddita. ib. 1797. m. 8. — *Anacr.* odaria, latine conuerſa et illuſtrata, auctore *Beni. Frid. Schwieder.* Pr. I—IV. Halis Sax. 1782. — 1784. 4. — Odes d'*Anacr.* trad. nouvelle en vers, (par *Anſon.*) Paris. 1795. 8. — 1801. 12. De aliis tum omnium tum quarundam odarum verſionibus a Germanis, Italis aliisque factis v. praeter *Fabr* B. Gr. II. p. 101. ſqq. *Brehm bibliogr. Handbuch.* II. p. 65. ſqq. Hic addere iuuat: *Anacreon u. Sappho von C. A. Overbeck.* Lubec. et Lipſ. 1800. 8. Perturbata contortaque verborum ſtructura, ab ingenio linguae germ. aliena, in aliquot diariis litter. culpatur. — *Anakreons auserleſene* (53) *Oden, und die zwey noch übrigen der Sappho. Mit Anmerkungen v. Carl Wilh. Ramler,* (curante *G. L. Spalding.*) Berol. 1801. min. 8. Conf. ephem. Gothan. litter. a. 1801. nr. 72. p. 590. ſqq. — Odes of *Anacreon*, in to engliſh Verſe, with Notes by *Th. Moore.* Lond. ap. Stockdale. 1800. 4. cum imitationibus Anacr. in diuerſis linguis. — *Ilgen* in Scoliis Graec. dedit nr. 34. p. 185. ſq. et explicuit ſcolion Pſeudanacreont. quod inter Anacreontica edita exſtat nr. XV. quinque verſiculis auctum.

Ad pag. 235. ſect. 6.

M. *Matth. Norberg.*, LL. OO. et gr. Prof. reſp. *Teynér* diſp. vita Anacr. Lund. 1801.

Ad

Ad §. 20. SIMONIDES.

Ad pag. 237. fin.

Quatuor Simonidia ſcolia edidit, emendauit explicuitque cl. *Ilgen* inter Scolia Graecorum pag. 213. ſqq. Sed Scolion XLI. adulterinum eſſe docet p. 221. ſqq. — De Simonide erudite agitur, et plura illius poemata germanice vertuntur, atque illuſtrantur *in Wieland. attiſch. Muſeo*, tom. IV. faſc. 2, pag. 56—98. Lipſ. 1802. — Simonidis dictum, ὅτι ἀνδρὰ ἀγαθὸν μὲν ἀληθέως (ſupple ὄντ) γενέσθαι χαλεπὸν, χερσὶ γὰρ καὶ ποσὶ καὶ νόῳ τετράγωνον ἄνευ ψόγου τετυγμένος, Protagoras apud *Platonem* in dial. *Protagoras* p. 348. ed. Muelleri memorat. Cur vero τετράγωνος, (v. etiam *Julian.* in Caeſar. p. 383. ed. Spanhem. et Suid. voc. τετράγωνος,) dictus ſit, *Herm. Hugo* de prima ſcribendi origine cap. 29. p. 573. ed. J. Trozii, ex eo ſuſtinuit explicare, quod Hermeae ſ. Mercuriales ſtatuae quatuor angulis ſ. quadratae fuerint formatae et Hermes deus ſiue inuentor quatuor artium, litterarum, Muſicae, artium palaeſtrarum et Geometriae haberetur. Contra *Frid. Joſ. Grulich* in comment. Ἀνὴρ τετράγωνος qualis fuerit apud Graecos. Neoſtad. ad Orlam 1792. 4. intelligit virum conſtanti animo praeditum, qui, nulla conditionis ratione habita, quantum fert natura humana, nec a virtutis tramite deflectit, nec vllo vitae caſu ſe ita moueri patitur, vt beatam animi aequalitatem abiiciat.

ciat. conf. *Pauli Bibl. v. Anzeigen kl. Schriften.* tom. III. part. 3. Jenae. 1792. p. 34. ſqq.

Ad §. 21. PYTHAGORAS.

Ad pag. 238. ſect. 1.

De aetate *Pythagorae*, num tempore Numae vixerit, et de alio Pythagora Lacedaemonio vide etiam Stauer. ad Corn. Nepot. XV. 2, 2. not 3. edit. min.

Ad pag. 240. not. lin. 6.

Leg. cap. 24. pag. 661. ſqq. et add. *Heinii* diſſ. gallice ſcriptam, *v. Windheim in Göttingiſche philoſoph. Biblioth.* vol. III. part. 5. pag. 385. ſqq. et part. 6. p. 481. ſqq. eſſe germanice verſam. In fine adde, *Sturzii* libell. iterum prodiiſſe Gerae. 1798. 8.

Ad pag. 242. fin.

Contenta: De litteris graecis ac diphtongis, et quemadmodum ad nos veniant: Abbreuiationes, quibus frequentiſſime Graeci vtuntur: Symbolum Apoſtolorum: Oratio dominica et duplex ſalutatio ad beat. Virginem: Euangelium D. Joannis euangeliſtae: *Carmina aurea Pythagorae*: *Phocylidis* poema ad bene beateque viuendum. Omnia haec cum translatione latina. Introductio perbreuis ad hebraicam linguam. Hagenau. ex academia Thom. Anſelmi. ſ. a. 4. v. cenſor. in Salisburg. ephem. litter. a. 1799. nr. 90.

m.

m. Jul. pag. 213. — *Pythagoricarum* ſententiarum libellus. Collectore C. R. (h. e. Cunrado Rittershuſio.) Altorf. 1610. 8. Collectae ſunt ſententiae ex Jamblicho, Stobaeo, Porphyrio, Plutarcho, Photio et Diogene, adſperſis interdum lectt. varr. et coniecturis aut explicationibus. Sequitur epiſtola *Pythagorae ad Hieronem*; denique *aurea carmina Pythag.* gr. ſubiecta D. Henr. Smetii latina verſione. Is vero libellus eſt pars altera ed. Ritterhus. libri inſcripti: *Malchus* de vita Pythagorae, nunc primum ex Mss. in lucem editus a *Cunr. Rittershuſio*, IC. et Prof. Norico, cum eiusd. notis. Altorf. 1610. 8.

Ad pag. 245. ſub. fin.

Pythag. A. C. germanice verſa a *Linkio*, Altorf. 1780. 4. — ab *Hoerſtelio*; v. ſupra ad p. 225. de Phocylide. — gallice, a *Prilly*. Par. 1798. 8. — *Hierocles*, german. verſus a *Jo. Ge. Schulteſs.* Tiguri. 1778. 8. — The Commentary of *Hierocles* upon the golden Verſes of the Pythagoreans, now firſt translated from D. *Warrens* edition; (Lond. 1742. 8.) by *William Rayner*, A. B. Printedat Norwich, ſold by Longmann in London. 1797. 8. *v. Brüggemann* Supplement etc. p. 79. et Monthly Magazine a. 1798. m. Mart. nr. 29. pag. 220.

Ad pag. 246. ſect. 6.

Del Vitto Pitagorico etc. i. e. de vita Pythagorica, quae medicinae loco eſt, Sermo

An-

Antonii Coechli. Venet. 1744. mai 12. v. nova acta erudit. m. Mart. 1748. pag. 132. ſqq. — *Bened. Mozzo* de vetuſtiſſimis philoſophis (Thalete et Pythagora) ab atheiſmi crimine vindicandis commentar. etc. Matr. 1800. 4. — Voyage de Pythagore en Egypte, dans la Chaldée, dans l'Inde, en Crète, à Carthage, à Marſeille et dans les Gaules; ſuivis de ſes Loix politiques et morales. Paris, vol. I—VI. an. VII. (1799.) m. 8. cum tabb. geogr. Eſt imitatio itinerar. Anachars. a Barthelemy ſcripti, eiusque architectus nominatur *Maréchal;* ſed impari facta ſucceſſu. Omnia igitur, quae antiquioribus, inprimis Pythagorae temporibus varia ratione viderentur memorabilia, ſunt enarrata a Pythagora, qui interdum philoſophatur more noſtrorum philoſophorum. Ingenioſe quidem eruditeque multa diuntur; at haud pauca, quae falſa ſunt aut incerta, ficta dubiaque immiſcentur. v. ephem. litter. Gotting. 1799. plag. 159. — Id opus coeptum eſt edi in linguam germ. conuerſum, additis quibusdam correctionibus, (neque tamen omnes errores ſemper correcti ſunt ab interprete,) Chemnit. part. I. 1800. 8. v. ephem. litter. Gothan. 1801. nr. 46. p. 369. ſqq. — Id opus eſt retractatum atque in compendium redactum, nonnullaque rectius veriusque narrata, multa tamen vel vtilitatis vel oblectationis cauſſa potius, quam vt adcommodata eſſent ingenio antiquitatis, immixta ſunt in nouo libro: *Pythagoras und ſeine Zeitgenoſſen. Ein*

Ein dramatiſches Gemälde der grauen Vorwelt. Chemnit. partt. I. et II. 1801. min. 8. Nondum abſoluta eſt hiſtoria Pythagorae. *V. Beck.* comment. ſoc. philol. Lipſ. III. 1. pag. 181. et 186.

Ad §. 23. *de* XENOPHANE.

Ad pag. 252. *ſect.* 1. *lin.* 1. *leg. Quando.*

Ad. pag. 253. *lin.* 9.

Idem *Fülleborn in Beyträgen zur Geſchichte der Philoſophie, Züllichau. und Freiſtadt.* 1791. 8. part. I. nr. 3. agit de Xenophanis ſyſtemate, et Ariſtotelis librum, *Xenophanis etc. decreta*, pertinere cenſet ad Xenophanem. — *G. L. Spalding* commentar. in primam partem libelli de Xenophane, Zenone et Gorgia. Berolin. 1793. 8.

Ad §. 24. PARMENIDES.

Ad pag. 253. *ſect.* 1. *lin.* 4.

Olymp. LXXIX. (79.) tamquam verior lectio in Diogene Laertio vindicatur a *Fülleborn*, in prolegg. ad collectionem fragmentorum: Παρμενίδου λείψανα. *Fragmente des Parmenides, geſammelt und erläutert v. Ge. Guſt. Fülleborn in Beyträgen etc.* paullo ante laudatis, part. VI. conf. ephem. litter. Gotting. 1796. plag. 2. pag. 21. ſqq. et Jen. A. L. Z. 1796. m. Mart. nr. 28. p. 652. ſq. — Idem

Idem Fuellebornii ſententiam, poema Parmenidi tributum, et a Sexto Empir. περὶ φύσεως a Simplicio autem περὶ τοῦ νοητοῦ citatum, vnum eſſe idemque; praeterea quaedam ſupplet aut corrigit.

Ad pag. 254. ſect. 2. fin.

Diſcipulos habuit *eſotericos* atque *exotericos. v. Buhle* diſp. de libris Ariſtotel. exotericis et acroamaticis, pag. 109. ſq. tom I. Opp. Ariſtotel.

Ad pag. 254. ſect. 5. lin. 8.

Contra Tiedemann. quaedam monet, idemque nonnulla Parmenidis, Heracliti, Leucippi, Empedoclis aliorumque philoſophorum placita acute explicat cenſor in Jen. A. L. Z. a. 1794. m. Sept. nr. 300. pag. 684. ſqq. — *Ant. Contii* Illuſtrazione del Parmenide di Platone, con una diſſertazione preliminare, (in qua etiam diſſerit de ipſo Parmenide philoſopho etc.) Venet. 1743. 4. conf. *Windheim* philoſoph. Biblioth. vol. III, pag. 523. ſqq.

Ad §. 26. OCELLVS LVCANVS.

Ad. pag. 256. lin. 4.

Dargenſii edit. iterum prodiit. Paris. 1795. 8. cum *Timaeo*. II. voll. ap. Deteruille.

Ad

Ad pag. 258. sect. 4. fin.

Ocellus von Lukanien Betrachtungen über die Welt. Nebst einer Erklärung der schwersten Wörter und einem griechisch-deutschen Wortregister von H. W. Rötermund, Pastor zu Horneburg. Lipsiae. 1794. 8. Edit. haec haud laudatur a criticis. — Maiorem laudem consequutus est *M. Aug. Frid. Guil. Rudolphi*, qui primum disputationem, praeside Matthaei, P. P. O. ventilauit: Adornandae editionis *Ocelli Lucani* ratio et obseruationum maxime criticarum ad eum specimen. Witteberg. 1794. 4. — dein ipse curauit nouam edit. inscriptam: *Ocellus Lucanus* de rerum natura, graece et ad fidem librorum mstorum et editionum recensuit, commentario perpetuo auxit et vindicare studuit *A. F. Guil. Rudolphi*, LL. AA. M. et Gymn. Zittau. Director. Lipsiae. 1801. 8. In praef. editor critice recensuit editt. Vsus autem est variis lectt. a Siebenkeesio ex cod. Vatic. collectis. Praeterea adiecit disquisitionem de antiquitate libelli, quem, contendit, scriptum esse ante Platonem, esse genuinum, nec Ocellum fuisse purum et germanum Pythagoricum. Num tamen adeo antiquus sit liber, dubitat, adlatis rationibus, censor in eph. litter. Gotting. a. 1801. nr. 158. Add. *neue deutsche Biblioth.* vol. 71. part. 2. fasc. 8. a. 1802. pag. 494. sqq. vbi censor multa corrigit, Ocelli loca explicat, aliaque animaduertit. — In *Fülleborni Beyträgen zur Gesch. der Philosophie*, part. X. Jenae. 1799. 8.

ex-

exſtat 1) *Ocellus — über den Urſprung der Welt, überſetzt und erläutert von Bardili.* 2) *Ocell — über die Geſetze, ein Fragm. aus dem Stobaeus.* 3) *Geiſt des Ocellus.* conf. diſſentientes interdum cenſores in Jen. A. L. Z. a. 1799. nr. 7. et in Erlang. L. Z. 1800. nr. 55. vbi plura Ocelli loca emendantur aut illuſtrantur. Quaedam etiam loca aliter explicantur, et, libell. Ocelli fuiſſe genuinum, nondum omnino certum eſſe atque exploratum, declaratur in Kilon. noua bibl. germ. vniuerſ. vol. 50. part. 2. faſc. 5. pag. 310. — Ricerche ſulla Patria di Ocello Lucano dell, *Vt. Giliberti*, Neapoli. 1790. 8.

Ad §. 28. *AESCHYLVS.*

Ad pag. 262. *ſect.* 3. *lin.* 6.

Noua edit. melior prodiit: Theatre des Grecs par *Brumoy*, Nouv. ed. enrichie de très belles gravures et augmentée de la traduction entière des pièces grecques, dont il n'exiſte que des Extraits dans toutes les editions prècedentes et des comparaiſons, d'obſervations et de remarques nouvelles par MM. *de Rochefort* et *du Theil*, et par M***, Paris. XIII. voll. a. 1785—1789. 8. — *Levesque* de tribus poetis Graecorum tragicis et de cyclo epico, ex quo tragici hauſerunt fabularum ideas, in Mem. de l'Inſtitut National des ſc. et des Arts. tom. I. Paris. a. VI.

Ad

Ad pag. 262. sect. 4. init.

Notitiam cod. 2785. saec. XV. qui continet Prometheum, VII. ad Thebas et Persas, dedit et varr. lectt., quarum vero paucae sunt admodum memorabiles, pauciores vero codici propriae, *De Vauvillers* in Notic. et Extraits des Mssts. de la Bibl. nationale, Tom. IV. an. VII. (1798.) mai. 4. nr. IX. X. XI. p. 89. sqq.

Ad pag. 263. lin. penult.

Scr. a. 1745.

Ad pag. 264. lin. 11.

Vol. III. Choëphorae, Eumenides et Supplices. Halis. Sax 1794 commentar. 1797. — Noua, nec tamen aucta edit. ib. III. tom. 1799. sqq. — Idem cel. *Schütz* Aeschyli tragoed. VII. denuo recensere coepit, vsus editt. Porsoni ac Wakefieldii, variis cod. Gudiani lectt a Kulenkampio ed. Paw. adscriptis, et obseruatt. Spanhemii ad oram ed. Stanlei, notatis, multis autem locis recepit, in choris potissimum, Hermanni emendationes; textui subiecit versionem latinam. vol. I. II. Halis 1800. mai. 8. *C. Fr. Beckii* comment. soc. philol. Lipс. vol. II. part I. pag. 166. sq. et *Erlang. litterat. Zeit.* a. 1801. nr. 108. — Nouam *Aeschyli* tragoed. recensionem ex codd. Askew instituit et splendidam curauit edit. *Rich. Porson*, Prof. litt. graec. Cambridg. Glasguae in aedib. acad. 1795. fol. gr. sine praef. notisque. Multa loca, sed in

prioribus tantum plagg. emendaſſe ſ. tentaſſe dicitur. v. ephem. litt. Gotting. a. 1797. pag. 974. ſqq et de hac aliisque recent. editt. librisque varii generis ad emendationem aut interpretationem Aeſchyli tragg. ſpectantibus *Brehm in bibliograph. Handbuch.* II. p. 16. ſqq — *Aeſchyli Tragoediarum reliquiae*, quas ad Londinenſis quidem editionis fidem, ſed exhibitarum in ceteris editt. nec non in quibusdam Msst. exemplaribus, lectionum varietate diligenter ponderata, recenſuit, notis illuſtrauit, ac denuo edidit *Frid. Jo. Ga. de la Porte du Theil.* Pars *prima*, ſuperſtites ſeptem tragoedias exhibens. Tom. I. et II. Paris. typis reip. anno III. (1795.) 8. — Théatre d' *Eſchile*, trad. en François avec de notes philolog. et deux Diſcours critiq. par *F. J. G. de la Porte du Theil.* Première Partie, contenant les ſept Tragédies entières. tom. I. II. ibid. 1795. 8. Textui nonnullae criticae animaduerſſ. et Scholiaſtae explicationes ſubiectae ſunt: commentarius autem philolog. et duae commentatt., in quibus etiam ordinis fabularum mutati rationem redditurus eſt, adhuc deſiderantur. Plura leges in *Beckii* comment. laudatis II. 1. p. 168. ſqq. et in Jen. A. L. Z. a. 1797. m. Jul. nr. 241. — Nouam Aeſchyli edit. parat cl. *Godofr. Hermann.*, ediditque: *Aeſchyli Eumenides*, ſpecimen nouae recenſionis Tragoediarum *Aeſchyli.* Lipſ. 1799. 8. mai. Multa correxit. conf. eph. litter. Gotting. a. 1799. pag. 477. ſq.

Ad

Ad pag. 265. lin. 7.

Quatuor tragoedias, Prometh. vinctum, VII. contra Thebas, Perſas et Eumenides, in german. linguam, metrice transtulit *Frid. Leopold. Comes de Stolberg.* Hamburgi 1802. mai. 8. cum XVI. fabb. aen. — Prometh. vinctus verſibus germ. redditus cum prooemio et adnotatt. in *Wieland* Attiſch. Muſeo. tom. III. faſc. 3. pag. 339. ſqq. Lucern. 1799. mai. 8. — *Aeſchylos, Sieben gegen Theben v. Wilh. Süvern.* Hal. Sax. 1799. mai. 8. — *Agamemn.* germ. vertit *Halem in Deutſchen Muſeo, m. Aug.* 1785 8. et e noua recenſione in Opp. ſuis dramaticis. Berol. 1794. — *Perſae*, germ. verſ. cum introductione et obſſ. in *Wielandi.* Attiſch. Muſeo, vol. IV. faſc. I. Lipſ. 1802. 8. — *Potteri* verſio tragoediarum. Aeſch. anglica prodiit. Norwich. 1777. 4. — ed. II. correct. cum notis. Londini, 1779. 8. II. voll. *v. Brüggemann* View etc. p. 76. ſqq. de edd. atque verſionibus anglicis.

Ad pag. 265. ſect. 6.

Conf. Add. ad Introd. II. 2. p. 328. ſqq. — Conſiderations ſur les trois poëtes tragiques de la Grèce par *Pierre Charl. Levesque* in Mem. de l'Inſtit. nation, des ſc. et Arts pour l'an IV. etc. tom. I. Paris. a. VI. mai. 4. nr. 18. — In *Car. Frid. Heinrich* epiſtola diſputantur nonnulla de Aeſchylo poeta ſcenico, obſcuro quidem, ſed ſatis ab Athenienſibus intellecto. Wratislau. 1800. 4. Contra

Jacobs praefat. ad Exercitatt. criticas in ſcriptor. vett. tom. I. pag. IV. qui, „quae, aiebat, de ſcena recitata, ab ipſis Athenienſibus magis interdum auribus quam mente accepta, nec minus ſcenici adparatus, quam ingenii cauſſa laudata eſſe ſuſpicor, „ defendere ſtuduit Aeſchylum. Sed in Gothan. ephem. litter. 1800. nr. 62. p. 508. ſq. *Jacobs* ſententia, non ſatis intellecta, vindicatur atque explicatur: *Heinrichs* tamen epiſtola atque inueſtigatio cauſſarum, cur Aeſchylus ab Athenienſibus intellectus fuerit, eſt laudata. — *Jacobs* in Animaduerſſ. in Euripidis tragoedias paſſim ſex Aeſchyli loca emendauit — Idem de Aeſchylo iudicauit *in Nachträgen zu Sulzers allgem. Theorie der ſchön. Künſte*, tom. II. part. II. Lipſiae. 1793. 8. — *Godofried. Hermanni* obſſ. criticae, (eaeque paullo audaciores,) in quosdam locos Aeſchyli et Euripidis. Lipſiae. 1798. 8. — *Chr. Godofr. Schütz*, Pr. carmen Aeſchyli antiſtrophicum ſtropharum tranſpoſitione reſtitutum. Jenae. 1800. fol. — In *Beckii* comm. ſoc. phil. Lipſ. II. 2. pag. 279. ſqq. collectae ſunt ex variis libris Obſeruatt. criticae in Aeſchylum: — in vol. III. part. 1. exſtant *Conr. Beni. Meiſneri* obſeruatt. criticarum in Aeſchyli Prometheum vinctum, partic. prima. — et in part. II. p 331. laudantur Compoſitions from the Tragedies of Aeſchylus deſigned by *J. Flaxmann*, engrav. by Th. Piroli. 31 tabb. — in vol. 1. part. II. p. 204. ſqq. recenſetur *Chr. W. Ahlwardt*, Gymn. Ol-

Oldenb. Prof. et Rect. Pr. *Bemerkungen über einige Stellen griechiſcher Dichter, vorzüglich in Rückſicht des Sylbenmaſses. Oldenburg.* 1801. 4.

Ad §. 29. GORGIAS.

Ad pag. 268. nr. 4.

Duae Gorgiae Oratt. gallice verſae ab *Athan. Auger* cum Iſocratis opp. Paris. 1781. 8. voll. III.

Ad §. 30. EPICHARMVS.

Ad pag. 269. ſect. 3.

Epicharmi Ἄμυκον citat Suidas in voc. Κυδάζεται. — De Epicharmo breuiter commentatur, eumque facit Siculum, et Doricis maioribus, qui ex Peloponneſo in Siciliam abiiſſent, ortum eſſe, vnde etiam Syracuſanus dicatur, cenſet cl. *C. Gail*, in Magas. encyclop. tom. IV. 6me an. nr. 14. p. 216. ſq.

Ad §. 31. PINDARVS.

Ad pag. 270. ſect. 2. lin. 13.

Attamen in Eſſays by a Society of Gentlemen ad Exeter. Exeter. et Lond. 1796. m. 8. eſt apologia Pindari, eum non mercedis cupidine ductum ceciniſſe; addita interpreta-

tatione od. XI. Pythicae et II. Isthmicae. sed Pyth. XI. 63. sq. nondum est locus e codd. omnino correctus.

Ad. pag. 273. lin. 24.

Scr. *ope mel.* — Nouam ed. III. voll. constantem curauit cel. *Heyne*: *Pindari* carmina cum lectionis varietate et adnotatt. iterum curauit *Chr. Gottl. Heyne*, vol. I. Gottingae. 1798. mai. 8. — vol. II. pars I. Interpretatio latina et scholia in Olympia; eod. a. — vol. II. pars II. scholia in Pythia, Nemea et Isthmia; eod. a. — vol. III. pars I. — carminum Pindaricorum fragmenta, et *Godofr. Hermanni* comment. de metris Pindari; eod. a. — vol. III. pars. II. Indices III. confecti a *Raphaele Fiorillo*; subiecta *Godofr. Hermanni* epist. ad *C. G. Heyne*. a. 1799. — Simul edita sunt graece *Pindari carmina*: scholis habendis iterum expressa, curante *C. G. Heyne*. Gotting. 1797. min. 8. Nouam plane recensionem dare non conatus est V. C. aperte falsa tantum correxit: notas auxit, in his autem ex suis Additamentis consilio apta reposuit, potissimum tamen verba, et vim viamque carminum explicuit. In praefat. codd atque edd. critice enarrantur. In scholiis basis est ed. *Beckiana*, (cuius tom. II. Pythia et Nemea complectens, prodiit Lipsiae. 1795. 8. sine notis,) sed lima adhibita: ordo fragmentorum est immutatus, addito indice scriptorum, in illis citatorum. *Hermanni* comm. de metris, ad artem metricam, prae-

ci-

cipue Pindari, perquam vtilis eſt, in eaque multa Pindari loca mutantur atque emendantur. — *Pindari* carmina. Vpſal. 1796. 8. — *Pindars Sentenzen, Eine Sammlung moraliſcher Gedanken aus Pindars Sieges-Hymnen ausgehoben, mit Anmerkungen begleitet, und mit einem Wortregiſter verſehen von V. H. Lauts.* Lipſ. 1797. 8. *Pindari* carm. I. in Pſaumidem, ſ. Olympicorum quartum, cum commentarii ſpecimine edidit *J. W. Süvern*, litter. humanior. cultor. Lemgou. 1796. 8. — Fragm. quoddam ex Paeanibus reddidit ex codd. cel. *Heeren* in ed. Stobaei, part. II. tom. I. pag. 8. ſq. fragmentum VIII.

Ad pag. 276 ſub. fin.

Leg. *Vauvilliers* — add. Introd. II. 2. pag. 330. — Idem *Vauv.* de odis quibusdam Pindaricis, illarumque metris Iſthm. IV. Nem. VIII. (hac quidem metro ſuo reddita,) Nem. IV. et Olymp. VII. acute eruditeque diſſerit, easque francice vertit in Mem. de Litter. de l'Acad. Paris des Inſcr. vol. XLIV. a. 1793. — *J. G. Gurlitt.* plures odas germanice vertit, additis notis, *in Wiel. deutſch. Merkur.* a 1785. et 1786. atque in *Wiedeburg human. Magazin.* — Nonam Pyth. odam vertit. *G. C. Tobler, in Schweiz. Muſ.* IV. part. V. — *Pindari* od. IV. explicuit et metrice vertit *v. Humboldt in Genz. neuer deutſch. Monatsſchrift.* 1795. m. Nov. p. 173. ſqq. — *Pindari* carm. in ital. verſus transtulit, (cenſoribus

bus haud plaudentibus,) *Anton Jerocades.* Neapoli. 1790. 8. (v. Jen. A. L. Z. a. 1793. nr. 28. m. Febr.) — In linguam gallicam, (en proſe poetique) *P. L. C. Gin*, Paris. 1801. 8. cum notis, in quibus etiam mythologia Homerica cum Pindarica comparatur. Translation of all the Pythian, Nemean and Iſthmian Odes of *Pindar*, except the 4th and 5th Pythian Odes, and thoſe odes, with have been transl. by the late *Gilb. Weſt.* — by *J. Noaniſter*. Lond. 1791. 8. — *Wagner*, Symbolae ad Pind. Argonautica interpretanda. Luneburg. 1794. — *Steph. Artéaga* (mort Paris. d 28. Sept. 1799.) Carta a *Anton. Bonz.* ſopra la filoſofia di Pindaro, Virgilio, Horazio y Lucano, que ſirve de reſpueſta á un articulo de cierto Diariſto Hollandes. Madrit. 1789. 8. — *J. Fryckſtedt* diſſ. reſp. *J. H. Olin* de digreſſionibus Pindari. Vpſal. 1790. 4. — *A. Matthiae* obſſ. criticae in Tragicos, Homerum, Apollonium, Pindarum etc. Gotting. 1789. 8. — An hiſtorical and critical Account of the moſt Eminent claſſic Authors in Poetry and Hiſtory. — by the Rever. *Edward Manwaring*. Lond 1737. 8. p. 120. ſqq. — *Frid. Aſtii* Obſeruationes et coniecturae in Pindari carmina: ſpecimen I. in *Beckii* comm. ſocietat. philol. vol. II. part. I. p. 1. ſqq. — Specimen II. ibid. vol. III. partic. 2. pag. 193. ſqq. — Ibid. vol. II. part. 2. pag. 331. ſq. recenſetur germanica proſaica verſio octaui carm. Iſthmici Pindari, compoſita a *C. F. Heinrich*, Prof. Gymn. Wratisl., quae exſtat

in

in lib. menſtruo inſcripto, *Kronos, ein Archiv der Zeit*, ed. a *Fr. Rambach.* menſ. Aug. Sept. Oct. 1801. pag. 287 — 298. — Select Odes (of *Pindar* and *Horace*,) and Miſcellaneons Poems, accomp. with ſome orig. Poems, accomp. with notes crit. hiſtor. and explanatory by *W. Faſker.* Lond. edit. II. voll. III. 1790 — 1793.

Ad pag. 284. *ſect.* 6.

Anaxagoras aus Klazomene und ſein Zeit-Geiſt, eine geſchichtl. Zuſammenſetzung, in Fülleborn Beyträgen zur Geſchichte der Philoſophie. Jenae 1799. 8. part. X. nr. 8. Eruditio quidem cl. *Cari*, (qui iam 1796. ſcripſit Pr. de Anaxagorae theologiae fontibus, in 4.) laudantur; ſed ratio, quomodo Anaxagoras potiores ſuas notiones ab ingenio aeui ſui ſumſerit mutuas, et viciſſim reddiderit ad fructum vſumque ſui temporis efficaces, non omnino certa habetur, et quaedam mera probabilitate, ita fieri potuiſſe, niti videntur cenſori in Kilon. bibl. germ. vniu. vol. L. part. 2. faſc. 5. pag. 311. — Idem cl. *Carus* in Fuellebornii opere citato, part. IX. Jen. et Lipſ. 1798. pag. 58 — 141. ſcripſit criticam exercitat, *über die Sagen von Hermotimus aus Klazomene;* a quo Anaxagoras mitia quidem doctrinae ſuae de *mente*, ſupremo numine, accepiſſe videtur. v. ad Fabric. B. Gr. vol. II. pag. 646. ſq. — Ibidem memoraui *Tiedemanni* ſententiam

tiam atque expoſitionem; ab illo tamen in quibusdam diſſentit cenſor in Jen. A. L. Z. a. 1794. nr. 300. m. Sept. p. 688. et in eodem diario litt. a. 1799. nr. 7. pag. 50. ſqq. iudicatur de *Cari* crit. exerc. laudata. — *G. de Vries* exerc. de Homoeomeria Anaxagorea. Traiecti ad Rhen. 1692. 4. — *Anaxagoras* en Syſtème, qui prouve l'immortalité de l'ame par la matière du chaos, qui fait le magnetiſme de la terre, par *M le Baron de Ramſay*. Hagae. Comit. 1778. 8.

Ad pag. 284. lin. vlt.

Protagoras der Sophiſt, über Seyn und Nichtſeyn, nach dem Theaetet des Plato, ein Beytrag zur Geſchichte der Philoſophie, von C. Nürnberger, Prof. der Philoſoph. und Prorector am Archigymnaſ. zu Dortmund. Dortmund. 1798. 8. Cl. auctor acute defendit Protagoram contra Platonem, qui eum non intellexiſſet. In quibusdam tamen defenditur Plato a cenſore in Kilon vniv. german. bibl. vol. L. part 2. faſc. 5. pag. 311.

Ad §. 40. *HERODOTVS.*

Ad pag. 289. lin. 15.

Editionem, Reizii morte interruptam, continuauit *Godofr. H. Schäfer*, vol. I. pars poſterior. Lipſ. 1800. 8. (conf. Jen. A. L. Z. a. 1802. nr. 217. m. Aug.) — Noua recog-

ni-

nitio textus ex recenſione Weſſelingii, comparata Larcheri Gallica, et Reitzii edit. IV. priorum librorum curante eod. doct. *Schaefero* facta, habet inſcriptionem: *Herodoti Halicarn.* hiſtoriarum libri IX. ex optimis exemplaribus emendauit ac notas criticas adiecit *God. H. Schäfer*, tom. I. Lipſ. 1800. m. 8. gr. — tom. II. 1801. — tom. III. 1802. Fini adiicientur notae criticae.

Ad pag. 289. ſect. 2. lin. 18.

Et 1782. 8. — *A. C. Borheck. griechiſche Erzählungen aus Herodot, mit Anmerkungen und einem erklärenden Wortregiſter.* Colon. 1803. 8. — Ab eodem cl. *Borheckio* editus eſt: Apparatus ad Herodotum intelligendum et interpretandum. vol. I. Chronologia et criſis Herodotea. Lemgou. 1795. 8. — vol. II. 1792. et III. Adparatus criticus ad conſtituendam lectionis Herodoteae. ib. 1798. Erudita cenſura eſt in noua bibl. vniuerſ. germ. Kilon. 1798. vol. 37. part. 2. faſc. 8. in qua praeterea loca quaedam Herodoti explicantur; praecipue locus II. 142. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, vbi quoque aſtronomicae interpretationes *Frereti* ſur la Chronologie de Newton, Goguet, tom. III. pag. 298. le Gentil Mem. de l'Acad. etc. 1757. in primis la Lande Aſtronomie. tom. II. p. 236. edit. III., qui etiam probabilem loci interpretationem *Giberti* in Mem. de Trévoux, a. 1762. p. 167. memorat, laudantur: Goldhagenii autem et Larcheri verſiones reiiciuntur. — Particulae non-

nonnullae reperiuntur in *Jac. Vptoni* nouo hiſtoriarum fabellarumque delectu, cum lat. verſ. notisque: ed. nou. Eton. 1780. 8. pariter in *Dav. Wyttenbachii* vtili doctaque collectione huius ſententiae: *Selecta principum hiſtoricorum: Herodoti, Thucydidis, Xenophontis, Polybii illuſtres loci, Plutarchi vitae Demoſthenis et Ciceronis*, delectu, praefat. adnotatione diſcipulorum inſtitutioni accommodat etc. Amſtel. 1794. 8.

Ad pag. 290. *ſect.* 6. *lin.* 11.

The geographical Syſtem of *Herodotus*, examined and explained by a compariſon with thoſe of ancient authors, and with modern Geography. In the courſe of the Work are introduced diſſertations on the itinerary ſtude of the Greeks, the expedition of Darius Hydaſpes to Scythia, the poſition and remains of antient Babylon, the alluvions of the Nile, and canals of Suez; the Oaſis and temple of Jupiter Ammon, the ancient circumnavigation of Africa, and other ſubjects of hiſtory and geography, the whole explained by eleven maps, adapted to the different ſubjects, and accompanied with a complete Index, by *James Rennel*, F. R. S. and late Major of Enginners et Surueyor general in Bengal. Lond. 1800. mai. 4. Valde laudatur opus, et multa ex eo referuntur, adſperſis tamen quibusdam animaduerſionibus, in ephem. litt. Gotting. 1800. nr. 162. et 163. add. Jen. A. L. Z. 1801. nr. 25. et 26. m. Jan. Auctor quidem, igna-

ignarus linguae graecae, vsus est tantum versione anglica Beloei, et in oriente aliquamdiu vixit. Ambitus autem Europae antiquis illis temporibus multo maior habebatur, quum omnia, quae de Asia hodierna septemtrionali Herodotus sciuerat, et magna mediae Asiae pars ad Europam referrentur. Asia igitur apud Herodotum angustioribus finibus circumscribitur. Rennel agit primum de Europa, tum de Asia, dein de Africa et de earum terris, finibus locisque apud Herodotum obuiis. — *Schlichthorst* ad Herodot. II. 33. et IV. 49. *in neuem Schulmagazin.* tom. I. part. 2. p. 419—422. qui κυνητες in hodierna Algarbia ponit. add. *Hermanni* Mytholog. tom. II. p. 284. et *Gesner* in adpend. ad Orpheum p. 478. — Idem *Schlichthorst* scripsit *Versuch einer neuen Bestimmung der Kenntnisse Herodots von der Westküste Lybiens, in Magazin für öffentliche Schulen etc.* Bremae. 1791. 8. tom. II. part. 1. — Histoire primitiue des Peuples de la Russie; avec une exposition complete de toutes les notions locales, naturales et traditionelles, nécessaires à l'intelligence du IVme libre d' *Herodote.* Par le *Comte Jean Potocki*, (Pototzki). Petroburgi. 1802. 4. Sed conf. de hoc opere, (cuius tantum centum exemplaria typis sunt expressa,) ephem. litt. Gotting. 1803. nr. 59.

Ad pag. 291. *lin.* 13.

Henr. Stephani apologia repetita est, huius sententiae: Apologie pour *Herodote*, ou traité

té de la conformité de tout ce, que les posterieures ont de curieux, et de remarquès par *Mr. le Duchat*, Amstel. 1735. II. voll.

Ibid. sub. finem.

Heilmanni examen est recusum in eius Opusculis, edit. a *Danovio*, part. II. Jenae. 1778. 8. p. 1 — 86. ac *Larcheri* versio gallica iterum prodiit. Paris. IX. voll. 1803. in 4. et 8. — Nouissima Herodoti versio germanica habet auctorem *Maximilian Jacobi*. Duesseldorf. tom. I. 1799. — tom. II. 1800. 8. de qua iudicatur in Erlang. Litt. Zeit. a. 1799. nr. 183. et in nou. bibl. germ. vniuersal. vol 57. part. 2. fasc. 7. a, 1800. p. 469. sqq. — *Anglice* versa est *Her.* historia a *Guil Beloe*. Lond. 1791. 8. voll. IV. cum eruditis obseruatt. — et a *Jo. Lempriere*. Lond. 1792. 8. vol. I. num reliqua IV. voll. lucem viderint, nescio — Praeter libellos in Add. ad Introd. II. 2 p. 330. memoratos, adhuc nominandi sunt: *Rhoer* Verhandelingen vitgegeven door Teylers tweede Genotschap, 7. Deel. Harlem. 1789. 4. Agitur de Herodoto, qua historico. — *John Milner* in: The History civil and ecclesiastical and Survey of the Antiquities of Winchester. 1798. voll. II. 4. praedicat Abbé *Rocher de Guerin* Hist. veritable des tems fabuleux, et Abbé *Bonnaud* Herodote Historien du peuple Hébreu sans le savoir, qui docuissent, mythologiam profanam in genere, speciatim vero antiquissimam Aegypti historiam apud Herodotum nihil aliud esse, nisi loca

quae-

quaedam Geneſeos, a Moſe ſcriptae, alio quodammodo enarrata et propoſita; oppugnationem autem Troiae et res heroum ab vtraque parte geſtas, nihil aliud eſſe, niſi deprauatas et male intellectas narrationes de bello X. tribuum hebr. contra Beniaminitas. *v. Bieſter neue Berlin. Monatsſchrift. m. Jul.* 1800. p. 34. ſqq. — *Jo. Frid. Schaarſchmid*, Rect. ſcholae Gubenſis, Pr. Quaeſtio de loco *Herodoti* lib. I. cap. 23. et 24. Pfoerten. 1795. 8. Hiſtoriam de Arione fabulam quidem eſſe putat; ſed ideo Herodotum non eſſe culpandum, ingenio ſaeculi ſui indulgentem. Arion potuit inſiluiſſe vel mortuae cuidam ferae marinae, vel tigno cuidam, deinde a Delphino conſeruatum ſe dixiſſe. — *Jo. Chriſtph. Gattereri* recitat. I—III. de Herodoti ac Thucydidis Thracia, in comment. ſociet. doctrinar. Gotting. ad an. 1781—83. vol., IV. et VI. in quorum poſteriore addita eſt tabula geographica Thraciae veteris. Illae commentatt. in linguam germanic. translatae ſunt: *Gatter. Abhandlung von Thrazien — überſetzt, und mit einer Ueberſicht u. dem nöthigen Regiſter begleitet v. Hermann Schlichthorſt etc.* Gotting. 1800. 8. v. Jen. A. L. Z. a. 1801. m. Jul. nr. 207. p. 150. ſqq. — In iisdem Comment. ſocietat. Gotting. vol. V. ad an. 1782. et vol. VII. ad an. 1786. ſunt *Gattereri* comm. I. II. de Theogonia Aegyptiorum ad Herodot. II. cap. 145. tum recitatio de metempſychoſi, immortalitatis animi ſymbolo aegyptiaco, ad Herod. II. cap. 122. 123. in vol. V. ad a. 1782.

1782. et vol. IX. ad a. 1787. — *Guil de Rochefort* Mem. ſur la Moraled' Herodot in Mem. de l'Acad. des Inſc. tom. XXXIX. Par. 1778. — *Herodot und Thucydides. Verſuch einer nähern Würdigung ihrer hiſtoriſchen Grundſätze, m. Rückſicht auf Lucians Schrift, wie man Geſchichte ſchreiben müſſe*, (tom. II. pag. 204. ſq. ed. Bipont.) *von Gr. Fr. Creuzer*, Lipſ. 1798. 8. cum nouo tituli folio. Marburg. 1803. Eſt quaſi explicatio loci Thucyd. I. 22. fin., vbi is Herodotei operis, (nomine tamen illius omiſſo,) dedit notationem. Idem differit de epica operis Herodotei forma, multaque collegit ad hiſtoriam hiſtoricae artis apud Graecos conſcribendam. In Luciano ſubſcribit Wielandianae interpretationi contra Maſſieu et alios. — *Chriſti. Aug. Schwarz* de duplici plantarum genere etc. probabiliter primum in loco Herodoti l. c. 193. reperto, in: *Neue Lauſitziſche Monatsſchrift*, Jul. 1800. pag. 26—47. et in compendio in *Beckii* comment. ſoc. philol. Lipſ. I. part. I. p. 16—18. atque in vol. III. part. 2. pag. 342. ſqq. ex nouo Mercurio german. 1802. m. Dec. p. 292. ſq. excerptae et latine verſae leguntur *Wagneri*, Gymn. Luneburg. Direct. Obſeruationes et dubitationes de duobus Herodoti locis, n. libr. I. 50. et II. 96. — *Meierotto über den Herodot und den Zweck ſeiner Geſchichte*, (n. hominum ſalutem) *in Sammlung der deutſch. Abhandl. der K. Akad. d. Wiſſenſch. zu Berlin.* ad a. 1790. et 1791. Berol. 1796. 4. nr. 7. et gal-

gallice versa exstat recitatio in Memoires etc. eiusd. societ. 1798. nr. 18. — Horum multa aliaque maioris, minorisque molis scripta, quae huc pertinent, curate refert cl. *Brehm in bibliogr. Handbuch* II. p. 498. sqq. — Vtiliter quoque conferes recitat. cel. *Heynii* de primordiis historiae scribendae inter Graecos, cuius commentat. eruditae sagacisque summam leges in ephemer. litter. Gotting a. 1799. scid. 46. p. 449. sqq. — *G. F. Creutzer* libell. de Xenophonte historico differit, simulque historiae scribendae rationem, quam inde ab Herodoto et Thucydide scriptores graeci secuti sunt, illustrare studet. pars I. Lipsiae 1799. 8. — Add. Eiusd. lib. *Die historische Kunst der Griechen in ihrer Entstehung und Fortbildung*, *Leipzig.* 1803. 8. et *Frid. Ferd. Drück Pr. wie die Alten die Geschichte behandelt haben*, *Stuttgardt.* 1786. 4.

Ad §. 41. *EMPEDOCLES.*

Ad pag. 292. *sect.* 3. *lin.* 11.

Atque cl. *Sturz* dedit ea duo praeclara specimina animaduersionum in Empedoclis carmina, in cl. *Beckii* comment. soc. philol. Lipsiae I. pag. 24. sqq. et pag. 264. sqq. — *Emped.* carmen, *Sphaera*, cum versione et notis Q. Septimii Florentis Christiani, inseruit *Jo. Christph. Heilbronner* historiae suae vniuersae matheseos p. 124—135. et p. 121. sqq. egit de Empedocle eiusque placitis mathematicis. —

J. Caſp. Fr. Manſo Traum des Empedocles, oder über die Erkennbarkeit der Natur, in: Erſcheinungen und Träume von Mercier und einigen deutſchen Gelehrten; überſetzt und herausgegeben von Ge. Schatz. Lipſ. 1791. 8. II. voll.

Ad §. 42. SOPHOCLES.

Ad pag. 295. ſect. 1.

De aetate Sophoclis, comparatis Aeſchyli atque Euripidis vitis, de eius patre, vitae conditione, Lampro etc. acute diſputat *Gotth. Ephr. Leſſing*, et hinc inde corrigit Fabricium in opp. tom. XIV. p. 277. ſqq. 284. ſqq. et 290. ſqq. ſiue in *G. E. Leſſingii* Obſeruatt. criticis in varios ſcriptores graecos atque latin. ex operibus eiùs collectis, (latine verſis,) atque in ordinem redactis a *Jo. Frid. Jac. Reichenbach*, Berol. 1794. min. 8. p. 6—35.

Ad pag. 299. lin. 1.

Habeo exemplar, inſcriptum: Σοφοκλέους τραγῳδίαι Ζ. *Sophoclis Tragoediae VII.* vna cum omnibus gr. ſcholiis ad calcem adnexis, (et lat. verſione.) Editio poſtrema. Cantabr. ap. Joh. Field. Proſtant Lugd. B. ap. Huckios, anno 1672. 8. Inſigne typogr. eſt aquila volans, et ſuperſcr. *Mouendo.* Scholia gr. habent peculiarem eamque duplicem inſcriptionem; alteram latinam, Σοφοκλέους — *ed. poſtrema*, (vti plane ante textum poſitum,) ſed

ſed cum alio inſigni typogr., in quo medio legitur *Alma mater Cantabrigia*: atque ſubſcr. ἐν τῇ Κανταβριγίᾳ. Ἐξετυπώθη παρ' Ἰωάννου Φιέλδου ἔτει - ακχξη. (1668) in altero ſeq. folio legitur: Σχόλια παλαῖα τῶν πάνυ δοκίμων, μετὰ καὶ τῶν τοῦ Τρικλινίου εἰς Σοφοκλέους ἑπτὰ τραγῳδίας. cum eodem inſigni typogr. eodemque indice loci ac typographi annique. — De variis *Johnſoni* editt. v. Briiggem. View etc. pag. 99. ſqq. et Supplem. p. 26, vnde h. l. ſupplere liceat, Edit. *Th. Johnſon*, cum notis ſelectis ex codd. variorum VV. DD. nuper editis, et verſione caſtigata, etiam prodiiſſe Etonae. 1772. et 1788. 8. II. voll. — Edit. Glasguenſi. a. 1745. II. tom. adſcribi formam in 12. etc.

Ad pag. 301. fin.

Sophoelis tragoediae VII. cum animadverſſ. *Sam. Muſgrave*, M. D. Acc. praeter varr. lectt. optim. editionum Sophoclis fragmenta ex edit. Brunckiana, nec non index verborum. II. voll. Oxon. ex typogr. Clarend. 1800. 8. poſt mortem eius prelum reliquit haec edit., cuius baſis eſt edit. Johnſon Editor anonymus addidit V. L. edd. Aldinae, Florentinar. II. Colinaei, Turnebi et Brunckii: Muſgrau. in animaduerſſ. multas adtulit coniecturas, nec tamen deſunt praeclarae obſſ. grammaticae. Scholia ſeparatim ſequentur. conf. ephem. litt. Gotting. a. 1801. pag. 2041. ſqq. et *Jen. A. L. Z. in Ergänzungs-Blätt. Jahrg.* III. nr. 69. p. 548. ſqq. — *So-*

phocl. trag. VII. ex recenſ. Brunckii, cum Brunckianis ſelectis, paucisque ſuis notis a *L. Sahl.* Pars prior et poſterior. Hauniae. 1793. ſecundum *Baden Univerſitäts-Journal* a. 1795. et 1802. mai. 8. — *Sophoclis* Tragoed. Oedipus Tyrannus, Oedipus Coloneus, et Antigone, in *Jo. Burtoni* πενταλογία, ſiue Tragoediarum graec. delectu. Oxon. 1758. 8. et in ed. II., quam *Thom. Burgeſs* curauit. Oxon. 1779. 8. mai. 8.

Ad pag. 302. *lin.* 27.

Altera ed. *Niemeyeri* emendatior, cui indicem adiecit *J. P. Krebs*, Gymn. Weilburg. Collaborator, prodiit Halis Sax. 1797. 8. — Electra, gr. et lat. edit. *Proſpero Petronio.* Neapoli. 1737. 8., de qua edit. v. *Amadut.* ad Theophraſti charact. II. ineditos pag. 24. inprimis p. 59. — Oedipus Tyrannus, gr. edit. *Lr. Sahl.* Hauniae 1790. mai. 8. — Oedipus Coloneus ex rec. Brunckii, cum notis et indice gr. latino edidit — *Alb. Ch. Meinecke.* Duisburg. 1791. 8. — Philoctetes, ex rec. Brunckii, cum comment. perpetuo *F. H. Juſt. Köppen*, Brunſwig. 1788. 8. — Electra, gr. cum antiquis ſcholiis (excerptis,) ex rec. Brunckii. Varietate lectionis et perpetua adnotatione illuſtrauit *Ge. Ant. Chriſtph. Scheffler*, Gymn. Wolfenbuett. Conrect. Helmſtad. 1794. 8. Laudatur edit., quaedam tamen loca aliter explicantur in Jen. A. L. Z. a. 1795. nr. 129. m. Mai. p. 270. ſqq. add. ephem. litter. Gotting. a. 1795. nr. 19. pag. 185. ſq. —

Tra-

Trachiniae et Philoctetes, Tragoediae Sophocleae, in Tragoediarum delectu, quem in ſcholarum vſum edidit et illuſtrauit *Gilbertus Wackefield*. A. B. Londini. 1794, II. tom. mai. 8. — conf. Jen. A. L. Z. a. 1796. m. Dec. nr. 390. p. 660. ſq., in qua cenſura quaedam acute atque ingenioſe excogitata laudantur; plura tamen notantur et culpantur. — Trachiniae, ex rec. Brunckii. Varietate lectionis et commentario adiecto (qui peculiarem habet inſcriptionem,) in vſum tironum illuſtrauit *Henr. Ludou. Jul. Billerbeck*, Gymnaſii Andreani Rector. Hildeſiae. 1801. 8. conf. Jen. A. L. Z. 1802. nr. 18. et *Beckii* comm. ſoc. philol. Lipſ. vol. II. part. I. p. 170. In iisdem comment. vol. III. part. 2. p. 374. ſq. iudicatur de noua edit. ſeu potius noua critica recenſione: *Sophoclis* Trachiniae. Emendauit, varietatem lectionis, ſcholia notasque tum aliorum cum ſuas adiecit *Carol. Gottlob. Aug. Erfurdt*, Gymnaſii Merſeburg. Collega III. Lipſ. 1802. 8. Textum, cui ſubiectae ſunt variae potiſſimum lectt. excipiunt a pag. 91. ſcholia graeca, repetita ex ed. Romana, a. 1518.*), a qua Brunckius, vnice ſe-

*) Titulus, quem Erf. in praef. p. VII. plene retulit, eſt: Commentarii in VII. tragoedias Sophoclis, quae ex aliis eius compluribus, iniuria temporum amiſſis, ſolae ſuperfuerunt: Opus exactiſſimum rariſſimumque; in Gymnaſio Mediceo recognitum repurgatumque, atque editum. In calce: ἐτυπώθη ἐν Ρώμῃ — ἔτει etc. 1518. —

Conf. Addenda ad Introd. II. 2. pag. 333. ſq. Praeterea huc pertinent: *Xen. Feldzug des Cyrus und Rückzug der Helenen aus Aſien, überſetzt und erläutert von A. G. Becker, nebſt einer Charte. Halae.* 1802. m. 8. — Mala verſio eſſe cenſetur: *Des Xenoph von der Erziehung des Cyrus. Eine neue Ueberſetzung aus der Hutchinſon. Ausgabe, von einem Böhmen.* Pragae. II. voll. 1795. 8. *An Godofredi Gratzel*, Exieſuitae? Is quidem ſub illo titulo Cyropaediam germanice vertiſſe dicitur Pragae. 1783. 8. et citatur liber; *Pelzeli Jeſuiten* p. 271. ſq. in Lipſ. *allg. litter Anzeig.* a. 1800. nr. 78. pag. 773. atque de eo plura traduntur ab *Altero* ib. p. 774. ſq. — Cyropaed. in linguam Hungaric. transtulit M. *Szilágyi.* Groſſ. Karolg. 1787. III. voll. 8. — *Die häuſsliche Ordnung, nach Xenophon, von G. A. Halem*, in eiusd. lib. menſtruo, *Irene*, m. Febr. 1803. 8. — Pars *conuiuii*, german. verſa in *Wiedeburgi Schul-Magaz.* I. 2. — Les Républiques de Sparte et d'Athènes trad. du Grec de Xenoph. par *J. B. Gail.* Paris. 1786. 1795. 8. — Traité de la Chaſſe de *Xenophon* trad. en fr. d'après deux Msts. collationés pour la premiere fois, accompagné de Notes critiques et de Diſſertations ſur le Pardalis, le Panthère et autres animaux faiſant, ſuite aux Editions de Buffon, impr. par Detervil-le et Sougrain par *J. B. Gail etc.* 1801. 12. Humaniter recenſita eſt editio a *Millin* in Maga-ſ. encyclop. tom. IV. 7. an. nr. 16. p. 562. ſqq.

ſqq. Acerbius a *Clavierio* ibid. pag. 492. ſqq. et ab alio, qui ſub littera B. latere voluit, ibid. nr. 13. pag. 76. ſqq. At *Gail* reſpondit *Clavierii* renſurae (Reponſe de *J. B. Gail* — à la Critique de ſon traité de la chaſſe, par *E. Clavier.*) Paris. 1802. 8. Conf. cl. *Beckii* comm. ſoc. phil. Lipſ. II. 2. p. 254. ſq. et cl. *Sturz* in praef. ad vol. II. Lex. Xenoph. — *Xenophon als Menſch und Lehrer, oder denkwürdige Reden und Thaten des Socrates aus dem Griechiſchen mit erläuternd. Anmerk. von H. Kunhardt. Lübec.* 1802. 8. *In Gutsmuths Bibl. der paedag. Litter.* a. 1802. tom. II. part. 4. pag. 353. ſqq. comparatur illa verſio, non ſemper quidem fida, at elegans, cum Heinzii, Neidii et Weiſkii verſionibus. *Xenophons Oekonomikus, Apologie des Sokrates, Sympoſium und Hiero, überſetzt von M. C. D. W. Moſche, Prorect. am Gymnaſ. zu Frankfurt am M.* Francof. 1799. 8. cum prolegom. et argumentis ſingulorum notisque. Inſcribitur etiam: *Sammlung der neueſten Ueberſetzungen der griechiſchen proſaiſchen Schriftſteller, II. Theils III. Band. Xenophons Schriften dritter Band etc.* — *Xenofons Feldzug des Cyrus und Rückzug der Helenen aus Aſien. Ueberſetzt und erläutert von Albert Gerhard Becker. Nebſt einer Charte, Halae.* 1802. mai. 8. Adiecta eſt verſio loci *Diodori Siculi* de eadem expeditione Cyri et Graecorum reditu. — *Exped. Cyri* gallice verſa a Comite *de la Luzerne*; edit. III. Paris. 1786. 12. II. voll. — *Hiero*, angli-

ee vers. (a Graves.) Londin. 1793. 12. In: The Monthly Review for May. 1795. art. IV. pag. 21. ſqq. comparatur cum alia verſione anglica, quae prodiit Glaſguae ap. R. et A. Foalis. 1750. — Conſtitution des Atheniens. Lond. 1793. 8. — Conſtitution of the Athenians. — cum praef. et notis *J. Morris*. Lond. 1794. 8. — *Xen.* Defenſe of the Athenian Democracy; translad. from the Greeck; with Notes etc. Lond. 1794. 8.

Ad pag. 386. *fin.*

C. Traug. Thieme Pr. de diſciplina ciuili ſcholaſticae adiutrice, ad loc. Xenoph. Cyrop. I. 2. 2. etc. Martisb. 1784. 4. — De Xenophonte hiſtorico diſſerit, etc. *G. Fr. Creutzer*. Particula II. Lipſ. 1799. 8. de part. I. v. ſupra ad Herodotum. — *Reiſkii* animaduerſſ. ad Xenoph. Cyropaed. a me ſunt editae in: *Fortgeſetzten kritiſch. Nachrich. von kleinern Schriften*. tom. II. part. I. Hal. Sax. 1786. 8. pag. 60. ſqq. — *Xenophontis* Hercules Prodicius et Silii Italici Scipio, perpetua nota illuſtrati, praemiſſa de Prodico diſſert. a *Gotthelf Aug. Cubaeo*, Lipſ. 1797. 8. — de eod. argum. *Crome in philol. Schriften*. pag. 35. ſqq. — *Jo. Gurlitt*, in Pr. *Fragment einer archaeologiſchen Abhandl. über Hercules, Magdeburg*. 1801. 4. Comparat Herculem in biuio cum hiſtoria Chriſti ap. Matth. IV. init. cum Salom. Prouerb. c. IX. et cum Genes. IV. 7. ex ſententia *Godf. Bened. Funkii* in ſymbolis ad interpr. cod. ſacri pag. 62. ſq. — In Ma-

gaſ.

gaſ. encycl. VIII. an. tom. II nr. 5. pag. 17. ſqq. legitur epiſtola *J. B. Gailii* ad Schneider. de variis lectt. in VI. codd. Msst. Hellenicorum Xenoph. addidit obſeruat. de loco Xen. Cyrop. VIII. 8, 10. commemorat quoque criticas ſuas obſſ. de conſilio Xenophontis in Sympoſio ſcribendo, in Decade philoſophique a. X. troiſième trim. p. 281. ſqq. — Quid ſpectauerit Socrates in ſermone cum Theodota meretrice habito? (in Xenoph. M. S.) auctore M. *Jo. Godofr. Kueſchke*, ſubrect. Commentat. I. et II. Zittau. 1800. 8. — *A. G. Meiſsner in: Epaminondas. Biographie*, part. II. Pragae. 1801. 8. p. 597. ſqq. Xenophontis quidem ingenium, ſcribendi genus et virtutem iure celebrat, at tamen culpat eius partium ſtudium, quod, nimio Spartanorum amore captus, Thebanorum, praeſertim Epaminondae ac Pelopidae, merita virtutesque vel reticeat vel minuat. — Doctae ſunt *Frid. Guil. Sturzii* ſymbolae ad defenſionem Henr. Steph. ab emendandi libidinis crimine, quod Zeunius ei obiecit. Adiectae ſunt aliae nonnullae ad Xenoph. locos aliquos obſeruationes, in *Beckii* comment. ſoc. philol. Lipſ. II. 2. p. 232. ſqq. — *J. F. Roos* ſpicilegium obſeruatt. in Cyropaediam Xenophonteam, Gieſsae. 1795. 4. — Vie de *Xenophon*: ſuivie d'un Extrait hiſtorique et raiſonné de ſes ouvrages, ou ſe trouve la traduct. de pluſieurs opuſcules de cet Auteur, qui n'ont point encore paru en françois tels que l'Apologie de Socrate; (par Comte *de*

Fortia) terminée par la traduct complète et nouvelle du Banquet de Xen. (par Pt. *Lamontagne*) (publié par *J. B. Gail*, p. f. d'Introduct. à la Trad. compl. de Oeuvres de Xen.) Paris. 1795. 8. v. Mag. encycl. II. 8. pag. 542, ſqq. — Diſſ. ſur l'âge du Philoſophe Xenoph. v. Journ. des Sav. 1791. part. V. pag. 277 — 284. — *Jo. Frid. Fiſcheri.* Comment. in Xenoph. Cyropaediam: edidit *Chrſti. Theoph. Kuinoel*, Prof. Gieſſ. Lipſiae. 1803. 8. Fiſch. de noua Cyrop. edit. olim cogitans, commentariis, quos partim contractos edidit cel. Kuinoel, decem annorum laborem impendit et, vt Kuin. in praef. pag. VIII. prodidit, Xenophontem, ſuſpicabatur, libros ſuos de Cyri vita et diſciplina bis recenſuiſſe, quod colligebat e diuerſitate lectionis plurium locorum, quae vix Grammaticorum ingeniis deberi videretur: atque codd. Guelferbytinum et Altorfinum diligenter conferendo, priorem, arbitrabatur, primam continere recenſionem, contra ea poſteriorem referre alteram recenſionem.

Ad §. 67. CTESIAS.

Ad pag. 387. ſect. 5.

Cteſiae fragmenta etiam *Borheck* addidit ſuae Herodoti editioni. *Carol. Michaeler in: Hiſtoriſch-kritiſcher Verſuch über die älteſten Völkerſtämme, und ihre erſten Wanderungen, nebſt weiterer Fortpflanzung nach Ame-*

Amerika. part. I. cap. 2. Vindob. 1801. 8. de fide agit Cteſiae, et, hunc, iudicat, non ipſum fuiſſe impoſtorem; ſed inſcium linguarum Medorum atque Aſſyriorum ab aliis deceptum, nimiam iſtis fidem tribuendo. — *Jo. Petri Steinhauer* Pr. de diuerſa imperii Aſſyriaci temporum computatione Cteſiae et Herodoti Gieſſae. 1778. 4. — *Etwas über die Onyxgebirge des Cteſias, und den Handel der Alten nach Oſtindien, von A. F. v. Veltheim. Helmſtadt.* 1797. mai. 8. Acute ſuſpicatur auctor, eſſe ſaltus, *die Gatesgebirge* dictos, et eam quidem partem, quae *Bala Gates* vocatur, in regione *Marattenſium*, infra magnam ſolitudinem arenoſam. add. eumd. *von den goldgrabenden Ameiſen und Greifen der Alten. Helmſtäd.* 1799. 8. et conf. *Brehm bibl. Handbuch.* II. p. 309. ſqq.

Ad §. 68. *TIMAEVS.*

Ad pag. 389. *ſect.* 4. *lin.* 1.

Corr. *vol.* I. *add.* p. 859. — *Bardili* verſio german. *Timaeus der Lokrier von der Weltſeele*, eſt in *Ge. Guſt. Füllebornn Beyträgen zur Geſchichte der Philoſophie*, part. IX. Jenae. et Lipſ. 1798. 8. nr. 1. p. 1 — 68.

Ad §. 69. ARCHYTAS.

Ad pag. 390. *lin. vlt.*

Scriptis Archytae apud veteres memoratis et a Fabricio indicatis addantur: Διατριβαὶ v. cl. *Heeren* de fontibus eclog. Stobaei in parte II. tom. II. pag. 172. ſq. edit. Stobaei Eclogarum. — De mutuis Archytae ac Platonis epiſtolis ap. Diog. Laertium egit *Vincentius Contarenus* in variar. lectt. libro, cap. 9. pag. 43. ſq. Traiecti ad Rh. 1754. 8.

Ad §. 70. PLATO.

Ad pag. 394. *lin.* 8.

Leg. *feciſſet.*

Ad pag. 395. *lin.* 16.

Cauſſam, cur Plato tantum philoſophiae ſcientiam gloriamque ſit conſequutus, breuiter quidem, at bene indicat V. D. in Kilon. bibl. vniu. germ. vol. 50. part. 2. faſc. 5. p. 306. — De decantato illo Platonis *de ideis* placito in vtramque partem fuiſſe diſputatum, iam pluribus expoſui ad *Fabr.* B. Gr. III. p. 66. ſq. Illis addi debent *Tennemanni* et *Fähſe* iudicia. Prior enim in part. II. *Syſtem der platoniſchen Philoſophie*, Lipſ. 1794. m. 8. pag. 78—153. explicuit platonicam de ideis doctrinam et demonſtrare adlaborauit, 1) inuentionem illius doctrinae vni Platoni eſſe vindicandam; hunc vero numeros a Pythagora ſumſiſſe mutuos; 2) ideas platonicas non eſſe naturas ſiue, vt recentiores philoſophi

phi dicere ſolent, ſubſtantias, ſed rationis formas, (*Vernunftbegriffe*), quas Plato puras, nec ab experientia pendentes habuiſſet. Hinc Pleſſingii et Schulzii explicationes modeſte examinat; praeterea iudicat inquirendum, quam *ſubſtantiae* notionem habuerit Plato, et quam ille poteſtatem vocabulis οὐσία, εἶναι et ὄν ſubiecerit. Poſterior quoque, *M. Godofr. Faehſe.* in diſp. de ideis Platonis, Lipſiae. 1795. 4. negat, Platonem intellexiſſe naturas ſ. ſubſtantias, idem docet, quomodo Plato peruenerit ad diſcernendum mundum, vel viſu vel intellecta cognoſcendum, (*viſibilem* vocare ſolent noſtri et *intelligibilem*,) et contendit, ideas aeternas Platoni fuiſſe generales intellectus formas ſ. conceptus, quorum ope res obiectae definiuntur atque ordinantur, et in quibus omnia, generibus atque indiuiduis conuenientia, ſigna atque indicia continentur; praeſertim idea iuſti, plucri, boni atque honeſti ſ. virtute praediti explicatur; inſuper ii oppugnantur atque refelluntur, qui, ideas Platoni fuiſſe, putarent, naturas, quae extra diuinam intelligentiam mundumque exiſterent; denique reiicitur ſententia Adelungii, rati, Platonem ſuam de ideis doctrinam hauſiſſe ex Perſarum philoſophia; atque defectus ſyſtematis platonici exponuntur.

Ad pag. 396. *lin.* 2.

De *Marſilio Ficino*, eius interpretatione huiusque editt. plura et certiora ſcripſi ad

Fabr.

wig Hörſtel, ordentl. Lehrer am Katharinaeum zu Braunſchweig. Gottingae. 1797. 8. Putat V. D. conſilium et argumentum dialogi eſſe defenſionem atque expoſitionem doctrinae interfecti Socratis, comparatae cum placitis populi et demagogorum etc. In adnotationibus partim loca ex aliis Platonis libris parallela, etiam ſimilia ex Kantii libris adferuntur; partim vocabula formulaeque dicendi ex Heſychio, Suida, Vigeri libro de idiotiſm. L. Gr. Zeuniique notis explicantur. In adpendice eſt praefatio Olympiodori ad ſcholia et ſelectae notae ex Routhii editione. — *Platonis* Gorgias, gr. ad fidem codd. Ms. Auguſt. et Meermanni verſionumque Ficini, denuo recenſuit, emendauit, explicauit, indicem verborum graecorum copioſiſſimum adiecit *Chriſti. Gothofr. Findeiſen.* Gothae. 1796. min. 8. — *Platonis* dialogi IV. Lyſis, Charmides, Hippias maior, Phaedrus. Edidit. M. *Lud. Frid. Heindorf.* Berol. 1802. m. 8. Idem antepraef. *Jo. Aug. Eberhard.*, Prof. Halenſi, ventilauit diſp. Specimen coniecturarum in Platonem, Halis. 1798. 8. conf. Jen. A. L. Z. a. 1798. nr. 148. m. Mai. p. 349. ſqq.

Ad pag. 403. lin. antepen.

Lettres de Platon, trad. du Grec et publiées par *A. J. Dugour.* Paris. 1792. 12. *N. Papin* (mort. 1752.) verterat illas et Dougour emendauit verſionem. — *Platos Briefe über die ſyracuſaniſche Staatsrevolution, nebſt einer hiſtoriſchen Einleitung und Anmerk. von*

von J. G. Schloſſer. Regiomont. 1795. 8. Schloſſer ep. XI. dubiam; epiſt. autem XIII. cum reliquis genuinam eſſe cenſet. Sed conf. *neue Bibl. der ſch. Wiſſ.* vol. 59. a. 1797. part. 2. pag. 248. ſqq. et Kil. nou. bibl. germ. vniu. vol. 28. part. 2. p. 289. ſqq. in primis p. 292.

Ad pag. 406. lin. 16.

Poſt *vet. ed.* ſcr. ſ. meae Fabr. ed. vol. III. pag. 143. ſqq., ad quam vtut multa contuliſſem; tamen ſpicilegium colligere licet. At in praeſenti et ad hanc et ad ſequentem ſectionem, miſſis iis, quae iam ad Fabr. B. Gr. et in Add. ad Indrot. II. 2. p. 334. ſq. adnotaui, quorumdam tantum librorum maioris minorisue molis, facere licet mentionem; plura autem alio forſan loco et tempore dabo. — *M. Muſuri* carmen in Platonem gr. edit. a *Phil. Munkero.* Amſtelod. 1676. 4. — *Mücke*, Rect. ſcholae Grimmenſis, Pr. de meditatione mortis platonicae, (h. e. occupatione rerum, quas animus etiam ſine corpore agere et meditari poſſit.) Lipſ. 1793. 4. — *Caeſar Morgan's* Inveſtigation of the Trinity of Plato and of Philo etc. Lond. apud Rivingtons. 1795. 8. Contra Gibbon oſtendit, Chriſtianos neutiquam a Platone aut Platonicis accepiſſe doctrinam de diuina Trinitate — De libro *Souverain* famoſo, le Platoniſme devoilé etc. Colon. (vel potius Amſtelod.) 1700. 8. et *Loefleri* interpretatione: *Verſuch über den Platoniſmus der Kirchenväter etc.* ed. II. *Züllichau.* 1792. 8. v. ad Fabr. B. Gr. l. c. p. 149.

149. not. et pag. 151. not. *rrrrr.* et ephem. litter. Lipſ. a. 1792. nr. 46. pag. 366. ſqq. — Multa reperiuntur de theologia Platonis in libro: *Das Platoniſch-Hermetiſche Chriſtenthum, begreiffend die hiſtoriſche Erzehlung vom Urſprung und vielerley Secten der heutigen fanatiſchen Theologie — von M. Ehregott Dan. Colberg, P. P. auf der Univerſ. Greiffswald.* Lipſ. 1710. 8.

Ad pag. 406. ſect. 6.

M. *Fremling* de ideis platonicis. Lund. 1795. 4. — M. *Fryhwall* diſp. (reſp. A. Folker,) de vita Platonis. Lund. 1797. 4. — *Plato über ihn u. ſeine Philoſophie.* Altonae. 1798. 8. Eſt tantum initium maioris, quod quidem promiſit auctor anonymus, futuri operis. *Entwarf von Platons Leben, nebſt Bemerkungen über deſſen ſchriftſtelleriſchen und philoſophiſchen Charakter, aus dem Engliſchen überſetzt, mit Anmerkungen und mit Zuſätzen über Platon, Ariſtoteles und Bacon verſehen, von Karl Morgenſtern* (Profeſſ. Dorpat.) Lipſ. 1797. m. 8. Opus, cuius auctor eſt quidam V. D. natione Scotus anglice prodierat 1760. Edinburg et Lond. in 4. (v. Briiggem. View. etc. p. 157.) *Morgenſtern* autem in ſua verſione aliquos ſectiones ſuperfluas abſcidit, contra ea multas litterarias criticasque addidit obſeruatt. atque additamenta, in quibus varia, ab auctore ſcripta, ſupplentur, emendantur aut illuſtrantur. In prima igitur ſectione agitur de Platonis vita, maximam

mam partem ex ſeptima Platonis epiſtola, quam ex lingua graeca, non, ex Scoti verſione *Morgenſtern* germanice reddidit paullo liberius, adiectis notis, etiam criticis. In ſect. II. pag. 109. ſqq. varia traduntur de Platone, qui a quibusdam vindicatur adcuſationibus, n. obſcuritatis, orationis myſticae, inimicitiae cum Xenophonte et alia in additamentis diſputantur. Conf. ephem litt. Lipſ. 1797. plag. 86. et Jen. A. L. Z. a. 1798. m. Mart. nr. 86. — Idem doct. *Morgenſtern* opus: *Ueber Platon's Verbannung der Dichter aus ſeiner Republik, und ſeine Urtheile von der Poeſie überhaupt*, inſeruit nou. bibl. artium bon. (german. ſcriptae,) vol. 61. part. I. Lipſ. 1798. p. 1—50. Iudice Morgenſternio, Plato non vult, vt omnes poetae e ſua relegentur republica; ſed cupit, vt omnis poeſis ſubiecta ſit legislationi, quam vocant, morali. Quod autem poetae epici et dramatici, praeſertim comici ac tragici, multa canant, quae vitae emendationi obſint; ideo illos tantum excludit; lyricos vero, ſi nihil canant, quod morum laedat caſtitatem, admittit. Reſpicit autem Plato conditionem et eruditionis et de moribus doctrinae ſui temporis, quo quidam poeſi immoderate abutebantur. Hinc ſummam commendat cautionem in poetis legendis, et varia dat praecepta, quae Morgenſt. in illo opere ſuo perſequitur et recenſet etc. Plato igitur amore ſapientiae ac virtutis ductus, non inuidia erga Homerum aliosque poetas motus exſulare iuſſit

ſit illos ex ſua republica; poeſin ipſe amabat, magnique aeſtimabat atque imitabatur. Contra ciuibus ſuis philoſophiam, a poeſi tum temporit coartatam, magis magisque commendare ſtuduit, et fines illius amplificare. Tum, quae Plato de poeſi, quaſi diuinitus inſpirata, (praecipue in dialogo *Jon*,) dicit, explicat Morgenſt. et docet, Platonem ita ſcripſiſſe, et, cur poeſis ἐνιγματώδης habeatur a Platone, vberius exponit. — *Wörterbuch der platoniſchen Philoſophie von M. Jo. Jac. Wagner*, Gottingae. 1799. 8. Non ſolum vocabula, praecipue philoſophica, eorumque vim et ſenſum, ſed etiam res et doctrinam Platonis explicare, etiam examinare inſtituit. Quae tamen laudanda ſint aut vituperanda in illo dictionario, late docet cenſor in noua bibl. vniuerſ. germ. vol. 51. part. 2. faſc. 6. a. 1800. pag. 343. ſqq. Plura quoque notantur in Jen. A. L. Z. 1799. nr. 257. m. Aug. — *Georg Gottlieb Wernsdorf kritiſcher Verſuch über einige in Platon aus dem Euſebius zu ergänzende Lücken, Wittenberg.* 1796. 8. Oſtendit V. D. 1) in Alcibiade I. p. 66. ed. Bipont. non ſolum Stobaeum, ſed etiam Euſebium praepar. evang. XI. 27. habere genuinum additamentum; apud Stobaeum veram eſſe lectionem, in Euſebio autem mutatam: 2) locum in libro I. de Legg. pag. 43. ed. Bipont, ex Euſebio praep. evang. XII. 18. poſſe ſuppleri, quo ſenſus reſtituatur; 3) epiſt. VI. ex Euſebio P. E. XII. pag. 534. et Timaei locum, tom. X. pag. 318. ex

Eu-

Euſebio, P. E. XI. pag. 524. ſupplementa accipere. — *Platons Timaeus nach Inhalt und Zweck, mit erklärenden Anmerkungen von Lud. Hörſtel.* Brunſuig. 1795. 8. Conſilium auctoris fuiſſe, indicat Hoerſtel, defenſionem et duplicem demonſtrationem, ex hiſtoria aeque ac ingenio et natura ductam, pro bonitate et veritate reipublicae Platonicae, hunc neque errores, neque fictiones, neque nouitatis notam continere, conf. ephem. litt. Lipſ. a. 1797. plag. 7. pag. 50. ſqq. — *Abriſs einer Religionslehre des Plato. Denkſprüche des Phocylides etc. von Ludwig Hörſtel. Hannov.* 1798. 8 v. ſupra ad pag. 225. de Phocylide. — The Theology of *Plato*, compared with the Principles of Oriental and Grecian Philoſophers. By *John Oglivie*, F. R. S. Edinburg. 1793. 8. Conf. Critical Review for Jan. 1794. pag. 25. ſqq. — *J. A. Görenz.* Pr. de dialogiſtica arte Platonis, interpreti huius rite cognoſcenda. Wittenb. comment. I. 1794. 4. — M. *Sam. Gottlieb Linde* diſp. de ſolatiis aduerſus mortis horrores in Platone et N. T. obuiis. Lipſ. 1792. 4. Primum perſequitur auctor ſolatia in ſcriptis Platonis obuia, eaque in IV. claſſes digeſta; quo facto eodem modo illa in N. T. propoſita comparat.

Ad pag. 407. lin. 22.

Kleuckerii verſionis tom. I. 1778. — tom. II. 1780. — tom. III. 1783. — tom. IV. 1786. — tom. V. 1792. — tom. VI. 1797. 8. — *Auser-*

erleſene Geſpräche des Platon, überſetzt von Frid. Leopold Grafen zu Stolberg. I—III. *Theil. Regiomont.* 1796. 8. etc. Conf. *neue allg. deutſche Bibl.* a. 1800. vol. 51. part. 1. faſc. 4. p. 250. ſqq. inprimis *Morgenſtern* in noua bibl. art. bon. etc. vol. 59. qui illud opus ſuum ſeparatim quoque edidit cum inſcriptione: *Ueber des Herrn Graf. Frid. Leop. zu Stolberg Ueberſetzung auserleſener Geſpräche Platons von Morgenſtern.* — Particulae VI. ex Plat. de Republ. germanice verſae ſunt ab *H. Grillo in Quartalſchrift für ältere Litteratur*, 3ten *Jahrgang*; part. VIII. ab anonymo in: *Deutſch. Muſeum, m. Nov.* 1787. — ab *H. Heinzelmann in Eggerideutſch. Magazin, m. Märt.* 1795. — *Platon's Republik, überſetzt und erläutert von M. Gottfried Fähſe. Erſtrer Band. Ueberſicht der Rep. und Ueberſetzung der erſten vier Bücher.* Lipſ. 1800. 8. Conf. *Hoepfneri* cenſur. in ephem. litt. Erfurt. 1800. nr. 12. et *Jahrbüch. der neueſten Litterat.* Lipſ. 1800. nr. 46. p. 371. ſqq. — *Platon's Rep. oder Unterredung vom Gerechten, in zehn Büchern. Ueberſetzt von Frid. Car. Wolff. Alton.* 1799. II. voll. m. 8. *Wolf* cum *Morgenſt.* exiſtimat, conſilium Platonis fuiſſe, non, vt optimam regiminis formam deſcriberet, ſed vt notationem formamque *iuſti* explicaret. Docta acutaque vtriusque tam Wolfianae, quam Fachſianae interpretationis recenſio atque comparatio eſt in Jen A. L. Z. a. 1800. m. Jul. n. 206. add. nou. bibl. vniu. germ.

vol.

vol. 53. part. I. fasc. 4. pag. 233. sqq. — La Republ. de *Platon* ou du Juste et de l'Injuste Dresdae I. Partie. 1789. 8. — *Plato über den Grund der Sittlichkeit, aus seiner Republ. von G. L. Spalding, in Berlin. Monatsschrift.* 1791. VII. p. 62. sqq. — Menexenus a *Weſto*, cum Pindari odis, anglice versus. Londini. 1749. 4. v. Lipsi. acta erudit. a. 1753. pag. 90. sqq. — Nimius Platonis admirator est *Thom. Taylor* in: The *Phaedrus* of *Plato*, a dialogue concerning Beauty and Love. Transl. from the Greek. Lond. 1792. mai. 4., cuius libri grauis censura legitur in Jen. A. L. Z. a. 1793. nr. 267. m. Sept. — *Bitaubé* comment. in Eutyphrona, in Mem. de l'Institut nation. des Scienc. tom. I. Paris. l' an. VI. nr. 17. pour an. IV. de la Republ. Litterat. etc. Is considerat hunc dialogum tamquam apologiam philosophorum et philosophiae atque Platon. opinionis de superstitione ac religione populari. — Sapientiae Platonicae flores legere instituit ex Eutyphro D. *Ch. Grimm.* Annaberg. 1786. 8. — Idem de ordine et nexu dialogorum platonicorum, an et quali statuendo; epimetrum sapientiae Plat. florilegiis II — III. interponendum. — II. sap. plat. florilegium III. super Socratis apologia c. I — IV., cui praemittituri epimeti de dial. plat. ordine et nexu iudicando particula reliqua — III. sapientiae plat. florileg. IV. super Socratis apologia c. VI — XVII 1789. — Floril. V. — Florileg. VI. super Socr. apol. c. 21 — 28. 1763. — Florileg. VII. super Socr. Apol.

Apol. c. 29. ib. 1793. — *J. Fr. Fiſcheri* Pr. *Platonis* Cratylus, gr. et lat. adnotatt. criticis et grammaticis illuſtratus, partic. I — VIII. Lipſ. 1791 — 1795. — *Kriton oder von der Pflicht eines Bürgers, aus d. Griech. des Plato, überſetzt und mit nöthigen Erklärungen erläutert von G. Eph. Frid. Böckh, Auguſtae Vindel.* 1785. m. 8. — *Jo. Jac. Hottinger.* Pr. Loca nonnulla e Platonis Apol. vel explicantur vel emendantur, Tiguri. 1792. 4. — *Car. Henr. Ruhkopf,* Direct. Gymn. Hildes. Pr. de arte Platonis in dialogo, qui *Phaedon* inſcribitur, conſpicua. Hildes. 1796. 4. — Ad locum in Platonis apol. Socr. cap. 9. auct. *A. F. Wolf.* Halae. 1790. 4. et in *Magaz. für öffentl. Schulen*, tom. II. part. 2. pag. 403. ſqq. — *Das Gaſtmahl des Plato, oder Geſpräch über die Liebe (von Tennemann,) in Schiller neuen Thalia*, part. V. nr. 2. et VI. nr. 3. Lipſ. 1792. 8. — M. *Henr. Ludov. Hartmann*, Lycei Gubens. Conr. prol. de propoſito Sympoſii Platonis. Pforten. 1797. 4. Conſilium fuiſſe putat Platoni, vt defenderet Socratem a calumnia illicitae cum Alcibiade conſuetudinis, in fida amoris, qui animum philoſophi ad hunc iuuenem duxiſſet, pictura. — *Ueber Diotima in Platons Geſpräch, das Gaſtmahl, von F. Schlegel, in Berlin. Monatsſchr.* a. 1795. m. Jul. p. 30. ſqq. et Jul. p. 154. ſqq. Cum Proclo in Polit. Plat. pag. 420. lin. 9. ſqq. ed. Baſil. 1534. fol. numerat eam inter Pythagoreas feminas, quod idem *Schlegel* vberius tractauit in libro:

bro: *Die Griechen und Römer, hiſtoriſche u. kritiſche Verſuche über das klaſſiſche Alterthum.* tom. I. *Neuſtrelitz.* 1797. 8. Idem tetigit M. *Henr. Lud. Hartmannus*, Conrect in prolus. de Erote Socratis in Sympoſio Plat. Guben. 1801. 4. pag. 5. not. 9. In ipſa autem prolus. oſtendit. Hartm. amorem a Platone ſenſu ſpectari latiſſimo, et omnino de cupiditate ſpectari, qua homines ad ea omnia, quae virtutibus quibusdam excellant, ferantur. Conf. *Beck* comm. ſoc. philol Lipſ. II. 2. p. 229. ſqq — Ibid. pag. 49. ſqq. et 216. ſqq. ex Wolfii proluſ. excerptae leguntur obſervatt. criticae in locos quosdam *Platonis*, Apollonii Rhodii, etc. — Ibid. I. 1. p. 162. ſqq. uberius recenſetur *Hartmanni*, Conrect. proluſio ſ. diſput. critica de loco Sympoſii Platonis cap. VII. §. 5. 6. Gubenae. 1800. 4. Praecipue contra Baſtium docere ſtuduit, totum illum locum a Platone non profectum, atque plane ex ordine eiiciendum eſſe. — Ibid. p. 166. ſqq. recenſentur 1) eiusd. *Hartmanni* prol. in qua tractatur *Chronologia Sympoſii Platonis*, Lipſiae 1798. 4. Docet V. D. tempus, quo Apollodorus ſocietati quidam omnia narraſſe fingitur, non multo ante necem Socratis eſſe ponendum, Olymp. 94, 4. ipſum autem ſympoſium a Platone coeptum eſſe ſcribi non ita multo ante Socratis mortem, et quidem eo tempore, quo Apollodorus narrans fingi videbatur; Platonem vero non, viuo Socrate, abſoluiſſe libellum; ſed plures annos ei expoliendo impendiſſe, eum-

que adeo demum poſt Mantinenſium calamitatem publici iuris feciſſe: 2) eiusd. *Hartmanni* proluſio *de mytho Ariſtophanis in ſympoſio Platonis*, Guben. 1799. 4. *Hartm.* agit. 1) de argumento et conſilio mythi; 2) de eius indole atque natura; 3) de cauſſis, cur inextus ſit; 4) de fontibus, et illum mythum iis accenſet, quos Plato ipſe confinxerit et quem ad hoc ſympoſium ornandum de induſtria compoſuerit. — Ibidem vol. III. pag. 19. ſqq. exſtat *Frid. Aſtii* comment. de Platonis Cratylo, et de Platonis conſilio in illo dialogo conſcribendo. Negat, *Garnierium* in Mem. de Litterature tom. XXXII. pag. 190. ſqq. et *Tennemannum in Geſchichte der Philoſophie*, tom. II. pag. 340. ſqq. arbitratos, Platonem voluiſſe more ſuo ſophiſtas carpere ac deridere, omnino adſequutos eſſe Platonis conſilium; hunc iſtos quidem ludere concedit, at interius, vt ita dicam, ſubiicit ei conſilium. Hinc, „Cratylus, ait, eſt comoedia philoſophica; deridet Heracliteos, et tacite tangit Parmenideos; illos, qui omnia fluere et inconſtanter ferri putarent, hos, qui totum quoddam et vnum ponerent, conſtans illud et aeternum et ſtabile. Comparatio igitur eſt Cratylus Heracliteorum et Parmenideorum diſciplinae, quod nos diceremus: *ein Paralleliſmus des Dualiſmus und Realiſmus etc.*" Sic multa alia ad rectum de Platonis ingenio eiusque philoſophandi ratione iudicium ferendum atque de argumento huius dialogi diſputat. — Ibidem pag. 96. ſqq. legi-

gitur *Frid. Aſtii* emendationum in Politiam Platonis ſpecimen; — et pag. 120. ſqq. Varietas lectionis in Eutyphrone Platonis, eruta e cod. Msto. Zittau. (qui continet XXII. dialogos, Platoni partim recte, partim male adſcriptos,) ab *A. F. W. Rudolpho*, gymn. Zittau. Directore. — pag. 153. ſqq. obſeruata, a *Wielando* in opere: *Ariſtipp und einige ſeiner Zeitgenoſſen*, Lipſ. 1800. 8. De Platone eiusque placitis varia ratione diſputari ſaepius atque multis locis interdum vberius examinari atque varia ex parte ſpectari cum primis eius ſympoſium et potiſſimum libros de republica. — *Commentar über zwey dunkle Stellen in Plato's Schriften, wovon die eine im Theätet, die andere in Meno vorkommt, von Jo. Wolfg. Müller, Lehrer der Mathemat. am Gymnaſ. zu Nürnberg.* Noribergae. 1797. 8. Conf. ephem. litt. Gotting. a. 1797. plag. 100. pag. 985—991. — *Protagoras der Sophiſt, über Seyn und nichtſeyn, nach dem Theätet des Plato — von C. Nürnberger, Dortmund.* 1798. 8. v. ſupra ad §. 39. ſect. 6. — Ἀνὴρ τετραγωνος qualis fuerit apud Graecos? explicare tentauit *F. Joſ. Grulich.* Neoſtadii ad Orlam. 1792. 4. — *Kraft* comm. de notione philoſophiae in Platonis ἐρασταις obuia. Lipſ. 1786. 8. — *Platon's Menexenus im Grundriſs nebſt Unterſuchungen über den Zweck und die Zeit des Dialogs, die Charaktere des Menexenus und der Aſpaſia, mit erklärenden und kritiſchen Anmerk. von J. H. Juſt. Köppen.* Berol. 1790. 8. —

J. Jac. H. Naſt analyſis logica in dialogum Platonis, Menonis nomine inſcriptum. Stuttgard. 1793. 4. — In bibl. Vaticana ſunt codd. 1029. 1031. 1353. et 1354. membr. ſaec. circiter XI. tum codd. 1376. 1461. et 1467. ſerioris aeui, in quibus epiſtolae et opp. Platonis continentur; de quibus diligenter egit *Angelus Maria Quirini*, pater purpuratus, in Epiſtola ad reuerend. patrem praeſidem generalem congregat. Benedictinae S. Mauri. Romae. 1742. 4. Specimina dat ex illis ad contextum emendandum, et obſſ. criticas. Idem inquirit, num Χαίρειν, an εὐχαίρειν legendum ſit, et num Plato primus vſurparit illud vocabulum. Arbitratur, Platonem in ep. VI. adtigiſſe arcanam de trinitate doctrinam, et prouocat ad teſtimonia Clementis Alexandrini atque Origenis. Epiſtolam XIII., quam Aretinus, Marſilius Ficinus et Serranus habuerunt ſpuriam, ille, quoniam Theodoretus, Cyrillus et Clemens eam adhibuiſſent, cenſet eſſe germanum Platonis foetum. — Notice du commentaire Mst. d' *Hermias* ſur le Phèdre de Platon, in bibl. publ. Pariſ. auct. *St. Croix*, in Magaſ. encyclop. III. an. nr. 9. — Antiquiſſimum cod. Opp. Platonis membran. cum ſcholiis minor. litteris capitalibus ſcriptis, a. 896. manu a Joannis calligraphi exaratum, ex Graecia in Britanniam adtulit Clarke, Prof. collegii Jeſu Cantabrig. Clark. in ſcholiis reperit loca ex deperditis dramaticis aliisque poetis. v. Lipſ. *allg. Litt. Zeit. in allgem. Intelligenz-Blatt*, a. 1803. ſcid.

ſcid. 71. pag. 575. — Σχόλια εἰς Πλάτωνα. Scholia in Platonem ex codd. multarum biblioth. primum collegit *Dav. Ruhnken.* Leidae, 1800. mai, 8. — Ex codd. IV. Venet. et vno bibl. Angel. Rom. Scholia in plura Platonis opp. praeſertim dialogos collegerat *Siebenkees*, edita in libro vtili: *Anecdota graeca*, e preſtantiſſimis italicar. bibliothecarum codd. deſcripſit *Jo. Phil. Siebenkees*. Edidit et praefatus M. *Jo. Ad. Goetz.* Noribergae 1798. mai. S. Conf. ephem. litt. Erlangenſ. a. 1798. nr. 90. pag. 718. ſqq.

Ad §. 71. *CHION.*

Conf. *Fabr.* B. Gr. vol. I. pag. 677. §. V. Chionis epp. editurus eſt *Aug. Gottlob Hoffmann*, Gymn. Islebiens. Subconrect. et vt partim nouam ſuam adnuntiaret edit. partim futuri laboris rationem quaſi et formam redderet, *Prolegomena ad Chionis epp. graec. futuram edit.* conſcripſit ac publicauit in *Beckii* comm. ſoc. philol. Lipſ. III. part. 2. pag. 234. ſqq. Vberius vero diſputat V. D. de Chione ipſo, de probabili epiſtolarum auctore, philoſopho quodam neoplatonico, quem ſaec. IV. poſt Ch. nat. vixiſſe, et aequalem fuiſſe Iamblichi, Maximi Tyrii, et aliorum, vel ſaltem non diu poſt illa tempora libellum conſcripſiſſe, ex variis argumentis colligit; tum de conſilio et fine, de virtutibus et vitiis et de codd. Msst. atque edd. huc vsque repertis illarum epiſtolarum; denique de ratione ac me-

methodo, quam ſequuturus ſit et de cod. Auguſtano Vind., ex quo ſpecimen variar. lectionum criticum coronidis loco proponit.

Ad §. 71. *PHILOXENVS.*

Ad pag. 413. *lin. pen.*

Add. ad Fabr. B. Gr. vol. IV. pag. 492. in catal. poetar. epigrammatariorum.

Ad §. 73. *ISAEVS.*

Ad pag. 415. *ſect.* 6.

De loco quodam Iſaei (in ed. Reiskii p. 260.) v. *Augeri* commentat. in mem. de Litterat. de l'Acad. des Inſcr. vol. XLVI. Paris. 1793.

Ad §. 76. *DEMOSTHENES.*

Ad pag. 418. *ſect.* 4. *ſub. finem.*

De *Vlpiano* v. Fabr. B. Gr. II. pag. 898. ſqq. *Vlpianum* vero *Gazaeum* et *Vlpianum, fratrem Iſidori* non eſſe diuerſos, ſed vnum eumdemque *Brucker.* in hiſt. phil. critica ex Suida, et *Wernsdorf* in diſſ. I. de Hypatia p. 35. docuerunt. *Vlpiani rhetoris* obſeruatt. ex XVIII. Demoſthenis orationibus, a *Paullo Roſa*, Cremnitz-Vngaro, in tomo V. Gnomo-

monologiae Demoſthenicae *Balthaſar, Imbricii.* Baſil. 1570. 8.

Ad pag. 420. *lin.* 6.

Leg. *emendatas.*

Ad pag. 420. *lin.* 23.

In ed. Geneu. a. 1607. *Vlpiani commentarios* ſubiectos eſſe ſingulis orationibus, ſcripſit Fabric. l. c. pag. 839. Alii autem tradunt, eos typis expreſſos eſſe in ſingulari volumine, et a. pag. 321. legi acceſſiones ad Vlpiani commentarios.

Ad pag. 422. *lin.* 17.

Augerus antea ſuam editionem adnuntiauerat in libello: Proſpectus d'une edition grecque de Demoſthene et d'Eſchine, avec vne verſion latine et des notes pour l'intelligence du texte par Athan. Auger. Paris. 1789. 4.

Ad pag. 422. *lin.* 17.

Illarum editt., quas in Fabr. B. Gr. II. p. 842. ſqq. et in Add. ad Introd. II. 2. p. 335. iam memoraui, notitiae add. *Demoſth.* ὁ περὶ τῶν συμμοριῶν Λόγος, μετὰ τῆς Οὐλπιανοῦ ἐξηγήσεως, Baſil. in off. Froben. 1531. 4. — Oratt. V. commentariis Maturantii, Beroaldi, Trapezuntii, Hegedorphini, Sturmii, et ſcholiis Aſcenſii illuſtrati. Paris. ex offic. Vaſcoſani. 1537. min 4. — Oratt. Olynthiacae III. et IV. philippicae cum quibusdam aliis eiusdem

dem argumenti, nunc primum adiectis, in vſum adoleſcentum, recte graeca diſcere cupientium, ſeparatim editae, Argentorati, excud. Theod. Rihel. ſ. a. 8. — Δημοσθένους — *Demoſthenis Olynthiacae tres*, gr. et lat. vt conferri ab vtriusque linguae ſtudioſis poſſint. Cum methodo dialectica, rhetorica, grammatica et indice certiſſimo, ad ſcholarum vſum, per *Nic. Gallòtum Catalaunenſem*. Baſil. In calce: Baſil. per Jo. Oporin. 1560, 8. — *Demoſth.* oratt. olynthiacae et philippicae, gr. et lat. ſimul editae cum argumentis Libanii. Ad vſum ſtudioſae iuuentutis. Auguſtae. Munatianae. 1620. 12.

Ad pag. 423. lin. 1.

Editio tertia, Etonae 1755. 8. — Ed. quinta. Londini et Etonae. 1771. 8. — Ed. ſeptima Londini. 1785. 8. — Selectae oratt. de republ. ordinanda, de claſſibus, de Rhodiorum libertate, pro Megapolitis, Olynthiacae tres, Philippicae quatuor. gr. et ſeparatim, lat. Londini 1746. 8. — *Demoſth.* oratt. de republica duodecim, cum Wolfiana interpretatione denuo caſtigata et notis hiſtoricis *J. V. Luccheſinii*. Acc. Philippi epiſtola. Edidit *Gulielm. Allen*, A. M. Londin. 1755. 8. II. voll. — v. *Bruegge*. View. etc. pag. 160. ſqq. ac Supplem. pag. 38. ſq. de edd. et verſſ. oratt. Demoſth. — Collectio gr. ex *Apollodori* bibl. *Luciani* dial. mortuorum et *Demoſth.* orat. de pace. gr. et lat. Halae. 1762. 8. — *Demoſth.* orat. de pace. Graece. Acc. notae, ſchò-

ſcholia et Andreae Dunaei praelectiones. Curauit *Chr. Dan. Beckius.* Prof. ord. Lipſ. 1799. min. 8. *Andreae Dounaei* (Downes) *praelection. in Philippicam de pace Demoſthenis* primum prodierunt Londini ap. Jo. Billium. 1621. min. 8. cuique commentarii particulae addidit Doun. et graecam ſectionem et latinam eius verſionem.

Ad pag. 423. lin. textus pen.

Stockii ed. prodiit Dublini. 1769. 8. II. voll. — Αἰσχίνου ὁ κατὰ Κτησιφῶντος καὶ Δημοσθένους ὁ περὶ στεφάνου λόγος. Interpretationem lat. et vocum difficiliorum explicationem adiecerunt *P. Foulkes* et *J. Freind*, Aedis Chriſti alumni. Oxon 1696. 8. Huius anni edit. eſſe correctam, ſequentes vero vitioſas, vere ait Harwood. In meo quidem exemplo, (Londini, ex edit. Oxonienſi; excud. *Joh. Bowyer.* 1715. 8.) errores typographicos ſingulis fere paginis numero permultos docta manus correxit.

Ad. pag. 424. lin. 20.

Demoſth. in Philippum orat. prima e graeca in lat. et vernaculam linguam translata: acc. notae in calce poſitae (a *K. Santucci.*) Romae. 1794. et or. in Philippum ſecunda, ab eod. ibid. 1795. 4. — Raritatis cauſſa memorabo libellum: Oratio dicta in funere Friderici Saxon. Ducis; oratio de legibus; orat. de gradibus; Praefatio in *Aeſchinis* et *Demoſthenis* orationes, oratio Critiae contra Theramenem.

ramenem ex Xenophonte. *Phil. Mel.* (Melanthone) *autore.* Haganoae, excud. Jo. Secer. 1525. min. 8.

Ad pag. 425. sect. 5.

Aeſthetiſch-kritiſche Parallele der beiden gröſsten Redner des Alterthums, Demoſthenes und Cicero, nebſt vier Muſterreden derſelben aus dem Griech. u. Lat. von D. Jeniſch, Berolin. 1801. 8.

Ad pag. 426. lin. 11.

Augeri ed. noua edit. Paris. 1788. 8. VI. voll. — Les Harangues de *Demoſthéne.* Traduction nouvelle par *P. L. Claud. Gin.* Avec des Notes rélatives aux circonſtances préſentes et des Extraits de pluſieurs Comedies d' *Ariſtophane.* Paris. 1791. 8. Eleganter verſae ſunt oratt. III. Olynth. Philippicae, et inte has ſecundum temporis ordinem oratio de pace, Haloneſo Cherſon, et epiſtola Philippi. Valde laudatur labor in Jen. A. L. Z. a. 1793. nr. 19. pag. 145. ſqq. — Heinze II. et III. oratt. Olynth. germ. vertit in duobus Pr. Wimariae. 1784. et 1785. 4. deinde eas recudendas fecit et primam addidit Olynth. in minoribus ſuis opuſculis (*kleine deutſche Schriften*) Gottingae. 1789. 8. — Primam orat. Olynth. etiam in linguam transtulit german. *Röderer in Muſeo germ.* (*Deutſch. Muſeum,*) *m. Dec.* 1776. rec. *in Jördens, Sammlung der beſten zerſtreuten Ueberſetzungen aus Griechen und Römern,* tom. I. Berol. 1783.

1783. 8. — Primam orat. philippicam germ. vertit *Auguſtin Scheffel.* Graetz. 1777. 8. — Eiusdem orat. verſio germ. legitur in *Wielandi* Attico Muſeo, (*Attiſches Muſeum*,) tom. III. Lucern. 1799. 8. — *Auserleſene Reden des Demoſthenes u. Aeſchines — aus dem Griechiſchen überſetzt, und mit den nöthigen Einleitungen u. Erläuterungen verſehen von A. G. Becker.* I. *Hälfte,* Halae Sax. 1797. m. 8. Conf. nou. bibl. vniuers. germ. Kilon. a. 1798. vol. 37. part. I. faſc. 1. pag. 23. ſqq. — *Lelandi* verſionis partes dein iunctim recuſae ſunt. Londini. 1777. 8. vol. I—III. v. plura in Brueggem. View etc. pag. 166. ſq. — The orations of *Aeſchines* againſt Cteſiphon and *Demoſthenes* of Corona transl. from the original Greek and illuſtrated with notes hiſtorical and critical. By *Andrew Portal*, Lecturer of St. Helens etc. Oxford printed for the Author and ſold Oxon. and London. 1765. 8. Praemiſſa commentat. plena eſſe antiquae eruditionis, et ea, quae Toureil ſcripſit, ſaepe correcta eſſe dicuntur in Lipſ. ephem. litterar. anni eiusd. nr. 70.

Ad pag. 427. lin. 4.

Jo. Severin Vater diſp. Animaduerſſ. in locos quosdam ex Midiana Demoſthenis oratione, Tacito aliisque. Jenae. 1796. 8. V. D. non ſolum aliquot Augeri adnotatt. examinauit, ſed ipſe de locis capp. VII. et aliorum tulit iudicium. — Notes hiſtor. et critiques ſur différens paſſages d'Auteurs anciens, cont.

Har-

Harpalus et l'accuſation qui fut intentee contre Demoſthenes à l'occaſion de ce transfuge macédonien par Mr. *de la Porte du Theil*, excerpt. in Journ de Sav. a. 1792 part. VIII. pag. 469 ſqq. Alia ſcripta iudiciaque excitat *Brehm in bibliograph. Handbuch* II. pag. 317. ſqq.

Ad §. 77. *AESCHINES.*

Ad pag. 408. *ſect.* 4. *fin.*

De epiſtolis v *Fabr.* B. Gr. II. pag. 852. ſq. Illae ſeparatim quoque ſunt editae Dueſſeldorpii ap. Jo. Oridryum et Alb. Buſium, affines. 1568, 8. Exempli mei orae multae obſſ. varii generis ſunt adſcriptae. *Aeſchinis* in Cteſiphontem orat. gr. et lat. Glaſguae typ. Foulis. 1779 12. — In cod. Paris. bibl. publ. 2999. nr. 12. eſt *Apollonii Dyſoli* opuſc. de Aeſchinis vita, et duplex illius grammatici argumentum in orat. aduerſus Timarchum. Add. ad ſuperiorem §. de Demoſthene adnotata.

Ad pag. 429. *ſect.* 6.

Corr. *Fabr.* B. Gr. libr. III. c. 28. ſect. 10. vol. IV. pag. 334. ſq.

Ad §. 79. *THEOPOMPUS.*

Ad pag. 430. *lin.* 5.

Leg. *Confer.* Supplementis in Add. ad Introd. II. 2. pag. 335. collectis adde *Dyoniſ. Ha-*

Halicarn. init. libri I. A. R. *Jac. de Rhoer* ad Porphyr. de abſtinentia ab eſu animalium II. 21. pag. 139 qui ibid. cap. 16. p. 127. *Theophraſtum* pro Theopompo legere matite *Geſner ad* Lucian. Opp. ed. Reitz. III. pag. 185. *Stauer*, ad Corn. Nep. VII. cap. 11. §. 1. in ed. mai. *Fabr.* B. Gr. II. p 801. ſqq. — *Frid. Koch*, Lycei Sedinens. Direct. editurus fragmenta Theopompi, ſcripſit Prolegomena ad Theopompum Chium. Stettin. 1803. 4. Is vero pluribus defendit Theopompum contra dura Polybii aliorumque iudicia, praeſertim de vita Philippi: neque tamen negat, in eius opp. reperiri veſtigia acerbitatis et petulantis audaciae, quae tamen vitia fuiſſent Chiorum propria. Idem oſtendit, ex comparatione nonnullorum librorum, eum fuiſſe a Cornelio Nepote compilatum. Add. cl. *Beck.* comm. ſoc. philol. Lipſ. II. 2. p. 335. ſqq.

Ad §. 80. LYCVRGVS.

Ad pag. 431. ſect. 4.

Lycurgi or. ex latina Melanthonis verſione in linguam germanicam translata exſtat in *Lauterbecks Regentenbuch.* 1556. 1567. et 1581. fol.

Ad §. 81. ARISTOTELS.

Ad pag. 432. ſect. 2. et ſqq.

Plura de Ariſtotele, eius fatis, ſcriptis, horum editt. atque verſionibus, interpretibus

bus etc. narrata ſunt in *Fabr.* B. Gr. III. pag. 201—408. v. etiam Add. ad Introd. II. 2. p. 335. ſqq.

Ad pag. 433. *not.*

Ariſtotelem quoque a crimine ingrati erga Platonem animi vindicare ſtuduit M. *Jo. Frid. Preuſer* in comm. de ara, Platoni ab Ariſtotele poſita Witteberg. 1753. 4. add. notam ad Fabr. B. Gr. III. pag. 202.

Ad pag. 436. *ſect.* 3. *fin.*

Neque tamen tot libros ab Ariſtotele eſſe confectos neque tot periiſſe, quot multi tradiderunt; contra multos, qui putantur aut citantur, nonniſi fuiſſe peculiares nonnullarum ſectionum aut librorum integri cuiusdam operis inſcriptiones, docet vberius, multaque de Ariſtotele diſputat cl. *Buhle* in recitatione libr. Ariſtotelis, qui vulgo in deperditis numerantur, ad libros eiusdem ſuperſtites traduntur; cuius ſumma legitur in ephem. Gotting. litter. a. 1800. nr. 207. pag. 2057. ſqq.

Ad pag. 436. *ſect.* 4. *not. lin.* 2.

Loco: *plura adnotabuntur*, nunc ſcribe, *adnotata ſunt l. c. pag.* 306. *ſqq.* add. *Buhle* in tom. I. Opp. Ariſtot.

Ad pag. 436. *ſect.* 4. *lin.* 16.

Loco 1639. ſcr. 1539. *emendante Simone Grynaeo*, II. voll. fol.

Ad

Ad pag. 438. *lin.* 6.

De *Pacii* editt. v. *Fabr.* l. c. pag. 325. et p. 326. de ed nou. *Buhlii* Biponti vol. I. 1791. 8. — vol. II. et III. 1792. — vol. IV. 1793. (conf. cenſor. in Jen. A. L. Z. a. 1797. nr. 233. ſqq.) — vol. V. Argentorati, dum haec m. Jan. 1804. ſcribo, ſub prelo iam ſudabit.

Ad pag. 439. *ſub. fin.*

Ariſt. duodecim libri Metaphiſice. In fine — ſummo denique ſtudio Magiſtri Joannis Peylick de Czeytz, vbi mendoſum viſum eſt, elimatum etc. Lyptzick per Mart. Landspergk de Herbipol. 1499. fol. v. *Freytag* adpar. litt. I. pag. 538. ſq. — rec. a. 1505. v. *Panzeri* A. T. I. pag. 494. nr. 209. De *Peylickio* plura narrauit D. *Chriſti. Frid. Eberhard* in Lipſ. *allg. litt. Anz.* 1801. nr. 51. — Noua explicatio Topicorum Ariſtotelis. In Acad. Veneta 1559. fol. (auctore Bucca ferrea.) v. *Jo. Gottlob Lunze* Academia Veneta. Lipſ. 1801. 8. pag. 144. — Ib. p. 100. excitatur. Explanatio libri I. phyſicorum Ariſtotelis. Ex *Ludouici Buccaferreae* lectionibus excepta: in acad. Veneta. 1559. fol. et cum inſcriptione: *Ariſtotelis* de phyſico auditu lib. I. *Lud. Buccaferreae* Bonon. philoſophi excell. praelectt. ex Graecorum ſimul et Latinor. interpretum ſententia explicatus etc. Baſil. ap. Petr. Pernam. 1577. fol — Ὀργανον ὀργάνων ἢ ἡ τῆς φωγοσοφίας χειρ. Baſil. 1536. ap. *Jo. Bebel.* praefatus oſt Sim. Grynaeus. — Expoſitio preclariſſima tractatuum Magiſtri Hiſpani ſecundum

dum viam doctoris ſancti et domini Alberti ad vnguem emendata, cum textus correctione, continens ſuccincte totam *Ariſtotelis* dyalecticum et ingreſſum ad omnem eius philoſophiam. laborioſe per *Johannem Lintholtz* de Munchberg comportata. In calce: — Quod Eberhardus Guthenberger, artium et medicine doctor — ad vnguem caſtigauit per me Sebaſtian Joh. de Ingelſtatia et Conr. Herzogaurach a. 1503. fol. teſte cenſore in *Salisburg allg. Litt. Zeit.* a. 1799. m. Jul. plag. 80. p. 54. ſq. qui Francof. ad Oderam librum excuſum ſuſpicatur probabilibus argumentis ductus.

Ad pag. 440. fin.

De *Pacii* edit. certiora ſcripſi ad Fabr. B. Gr. III. p. 332. ſq. Cl. *Veeſenmeyer*, Prof. Vlmenſ. per litteras me fecit certiorem, ſe habere edit. a. 1597. curatam, in ſuoque exemplari eſſe Pacii commentarium, eodem anno excuſum.

Ad pag. 441. med.

Doctum opus eſſe dicitur: *εἰσαγωγὴ λογικὴ, ἤτοι πρόοδοικησις εἰς ἅπασαν τὴν λογικὴν μέθοδον τοῦ Ἀριστοτέλους. Συντεθεῖσα μὲν παρὰ τοῦ σοφωτάτου ἐν διδασκάλοις κυρίου Γεωργίου Σουγδούρη, τοῦ ἐξ Ἰωαννίνων· Τύποις δὲ ἐκδοθεῖσα ὑπὸ Ἰωάννου Καρατζᾶ, τοῦ ἐκ τῆς Λευκοσίας τῆς Κύπρου. Ἐν Βιέννῃ. 1792. 8. ἐν τῇ Τυπογραφίᾳ τοῦ Βαουμαυστέρου. — Die Kategorien des Ariſtoteles. Mit Anmerkungen erläutert und als Pro-*

Propaedeutik zu einer neuen Theorie des Denkens dargeſtellt von Sal. Maimon. Berlin. 1794. 8. Germanica verſio facta eſt ex Buhliana latina.

Ad pag. 443. *lin.* 29.

Bredow (verſionem germ. edituri,) *Proben einer deutſchen Ueberſetzung der Rhetorik des Ariſtoteles, in Bieſteri Berlin. Monatsſchrift, m. Apr.* 1796. 8. pag. 363. ſeqq. — *Die Rhetorik des Ariſtoteles. Aus dem Griechiſch. überſetzt u. mit Anmerk., einer Inhalts-Anzeige und vollſtändigem Regiſter verſehen von Mich. Wenz. Voigt, D. der Philoſ. u. Prof. der Rhetorik am Königl. Altſtädter Gymnaſ. zu Prag. Erſter Band. Prag.* 1803. 8. v. ephem. litt. Gotting. a. 1803. ſcid. 226.

Ad pag. 446.

De *Tyrwhitti* edit. curata a *Burgeſſ*, (v. Add. ad Introd. II. 2. pag. 336.) conf. Jen. A. L. Z. a. 1795. nr. 80. m. Mart. vbi pag. 636. ſqq. variae Tyrwhitti emendationes examinantur. — *Ariſtoteles über die Kunſt der Poeſie. Aus dem Griechiſchen überſetzt und erläutert. Nebſt Thom. Twining's Abhandlungen über die poetiſche u. muſikaliſche Nachahmung.**) *Aus dem Engliſchen. Herausgegeben*

*) *Twining* duas has diſſ. adiecit verſioni ſuae anglicae lib. Ariſt. de A. P. Lond. 1789. m. 4. de qua *v. neue Bibl. der ſch. Wiſſ.* vol. 41. part. 2. p. 285. ſqq. et vol. 42. part. 1. et 2.

ben von Jo. Gottlieb. Buhle, Prof. zu Göttingen. Berol. 1798. 8. *In Prolegom. über die Poetik des Ariſtotelcs. Ein Fragment*, p. 35. primum quidem opinatur, Ariſtot. artem, quam habemus, poeticum eſſe fragmentura, idque probabiliter libri ſecundi, ſi integrum opus tribus conſtiterit libris; atque id fragmentum eſſe ab homine quodam ignoto hinc inde excerptum; tum vero ſuſpicatur, libellum quod ſuperſtes eſt, videri adumbrationem partis eorum, quae Ariſtoteles poſtea libris illis de arte poetica copioſius fuerit explicaturus; quam quaſi ſciagraphiam, nondum rite digeſtam, expoſitam atque expolitam nec ideo aliis ſcriptam, Aduerſariorum tantummodo loco quaſi habitam, aliquis, poſt mortem Ariſtotelis, cum opere ipſo de aute poetica, iam quidem abſoluto, at poſtea deperdito confuderit atque pro integro opere habuerit. A qua ſententia parum abeſſe videtur et vero pluribus eam firmare ſtuduit argumentis *Godofr. Hermann* in praef. ad ſuam Ariſtotelis de A. P. editionem. Hinc ortas putat lacunas et perturbationem ab origine libri repetendam, quum Ariſtoteles alia in margine addidiſſet, alia fortaſſe in ſingulāribus ſchedulis conſignaſſet, alia denique, volumine per ſitum et humorem corrupto, in alienam ſedem eſſent recepta. Quare nouam fecit recenſionem nouamque verſionem. Adiecit doctos comment. tam criticos quam litterarios, atque a pag. 195. commentation. de tragica et epica poeſi. — Inſcriptio haec eſt:

eſt: Ariſtotelis de arte poetica liber, cum commentariis *Godofr. Hermanni.* Lipſ. 1802. 8. — *Q. Horatii Flacci* de arte poetica ad Piſones epiſtola, cum continua exegeſi ſelectisque notis. Adiuncta *Ariſtotelis de poetica*, gr. cum notis criticis, latine cum notis exegeticis. Edidit *Laurent. Sahl*, Prof. L. Gr. Hauniae. 1802. mai. 8. — Idem *Sahl* iam edidit *Ariſtot.* Poet. cum notis crit. Haun. 1791. 8. et eodem anno verſionem Danicam, atque Oplyſende Anmaerkninger over nogle vanſkelige Steder, in 8. — Ἀριστοτέλους περὶ ποιητικῆς. *Ariſtoteles Buch von der Dichtkunſt. Zum Gebrauch für Gymnaſiaſten. Von neuem aus dem Griechiſchen überſetzt und mit Anmerkungen erläutert von M. Jo. Jakob Meno Valett, Rector der Hauptſchule des Landes Hadeln zu Otterndorf.* Lipſ. 1803. mai. 8. — Cap. VI. poet. gallice verſum et notis illuſtratum eſt in *A. Augeri* libro de la tragedie Grecque, et du nom, qu'on devroit lui donner dans notre langue pour ſ'en faire une juſte idée Paris. 1792. mai. 8. pag. 53. fin.

Ad pag. 446. *lin.* 14.

In Berl. Monatsſchr. curante Bieſtero, m. Sept. 1793. pag. 302. ſq. memorantur. Summi philoſophorum principis *Ariſtotelis libri* VIII. *de phiſico auditu phiſicorum appellati*, nouiter correcti et bene emendati. In calce: Impreſſum Liptzk per Baccalaureum Martin. Herbipol. An. ſalutis Milleſimo quingenteſimo duodecimo. (1512.) fol. — Breuiloquium

Mag. *Johannis Lintholcz* de Munnichbergh in *parvulum naturalis philoſophie* accurate in ſtudio Francophordienſi ſtudioſis promulgatum. In calce: Impreſſum eſt hoc opus per honeſtum virum *Conrad Baumgarthen* in Opido Francokphord. Anno 1507. fol. — *Libri de anima Ariſtotelis* philoſophorum peripatetice familie principis et auctoris. — In calce: Impreſſum eſt opus hoc haud innobile (ignobile) in famoſo oppido Lipſenſi per Wolfgang. Monac. Anno 1514. fol. — De quibusdam aliis lat. operum quorumdam editt. v. eph. litt. Erfurt. a. 1800. nr. 25. — *Simonis Simonii* Lucenſis in librum Ariſtot. περὶ τῶν αἰσθητηρίων καὶ τῶν αἰσθητῶν h. e. de ſenſuum inſtrumentis, et his, quae ſub ſenſum cadunt, commentarius vnus; eiusd. in librum Ariſtot. de memoria et reminiſcentia commentarius alter. Exc. Jo. Criſpinus. 1566. fol.

Ad pag. 447. ſub. fin.

Sec. m. ed cap. XIII. vol. V. p. 153. ſqq., vbi p. 167. ſqq. pleniorem ſcriptorum catalogum, quem compoſuiſſe dicitur Lamprias, at mecum communicarat Siebenkees, ex cod. Veneto typis excudendum curaui. Siebenkeſii tamen apographum haud ſatis adcurate ſumtum fuiſſe, nonnullis exemplis docet cel. *Morell.* in bibl. Msta gr. et lat. tom. I. p. 111. add. eumdem ibid. p. 141. Cl. Wyttenbach, illum catal. niſi ab ipſo Lampria confectum, tamen illis temporibus ſcriptum eſſe cenſet. Ad Fabric. etiam diuerſa variorum VV. DD. iudicia de qui-

quibusdam ſcriptis, num germana ſint nec ne, excitantur.

Ad pag. 78. *lin.* 5.

Sor. *ſuperſunt, libri*, et v. Add. ad introd. II. 2. p. 350.

Ad pag. 79.

Wyttenbach in praef. ad tom. I. Opp. ed. Lipſ. pag. CXVI. nr. XXII. libellum περὶ παραλλήλων Ἑλληνικῶν καὶ Ρωμαϊκῶν, exiſtimat eſſe mendaciſſimum et ineptiſſimum, ab imperitis librariis, *parallelorum* nomine deceptis, inter Plutarcheos libros relatum; pag. CXXI. nr. LXII. libros *de placitis philoſ.* eſſe iudicat ſpurium opus; (ſecus ſentit *Moshemius* ad Cudworthi ſyſtema intellectuale tom. I. p. 568. ed. Leid. licet placita parum concinno ordine, nec ſemper recte et ex vero exponantur,) — pag. CXXIV. nr. LXXXII. ſqq. librr. *de fluminibus*, *de Homeri poeſi*, *de metris Prouerbia* ſpurios eſſe, *de nobilitate* autem dubia fide tribui Plutarcho cenſet.

Ad notam pag. 80. *lin.* 4.

Leg. *Riccardiano*.

Ad pag. 81. *ſub fin.*

Vid. ad vol. V. p. 192. ſq., vbi etiam de aliis fragmentis repertis agitur.

Ad pag. 82. *lin.* 17.

Codices atque editt., praecipue *moralium* ſcriptorum vberius, diligentiusque recenſet *Wyt-*

Wyttenbach in praef. ad tom. I. part. I. Opp. cap. III. ſect. 1. p. XXIII. ſqq concinnauit indicem ſcriptorum veteris et medii aeui, (ſimul codd Plutarch.) apud quos Plutarchi vel mentio ſit, vel loci exhibentur, vel veſtigia exſtant: In ſect. II. pag. LIII. recenſet editt. opera chalcographiça factas, verſiones, animaduerſiones, commentarios: pag. CVIII. ſqq. indicem confecit peculiarem: quo notantur editt. graecae, verſiones, collationes variarum lectionum, codices ſcripti veteres Plutarchei, quibus in vnoquoque libro Moralium vſus eſt. — Pag. XXXIX. obſeruat, appendicem in cod. Florentini, qui continet ſacra Damaſceni parallela, eſſe a domino illius exempli ex integro, vt videtus, Stobaei opere collectam, in eaque eſſe nonnullos adhuc ignotos Plutarcheos locos. — *Kepleri* ſomnio (v. Fabr. l. c. p. 189. ſq.) additur eſſe dicitur Plutarchi libell. de facie in orbe Lunae, et graeco, lacunis plurimis deformato, latine redditus; quae Kepleri opera futuro critico Plutarchei libelli editori vtilis eſſe poſſit.

Ad pag. 82. *lin.* 28.

Leg. *exiit.* — *Io. Henr. Schlegel* in obſeruatt. criticis et hiſtoricis in Cornel. Nepotem, Hauniae 1778 4. pag. 28. vberius recenſet quatuor antiquas et rariſſimas editt. vitae Attici e bibl. Thottiana. Tres edd. vitas habent clarorum virorum, et Plutarcho potiſſimum in latinum ſermonem conuerſas. In harum

harum prima in calce leguntur verba: „Virorum illuſtrium vitae ex *Plutarcho* in latinum verſae ſolertique cura emendatae, foeliciter expliciunt: per Nicolaum Jenſon Gallicum Venetiis impreſſae MCCCCLXXVIII. (1478.) d. 11. Ianuarii.“ II. voll fol duas reliquas, omni indicio typographi et loci annique deſtitutas, at diuerſas, Schlegel exiſtimat, ad a. circ. 1462. eſſe referendas, et quae Plutarch. vitae inſunt ſingulis, curate refert.

Ad pag. 85. med.

Hermannus Cruſerius Plut. vitas a ſe verſas edidit a. 1561. qui quidem annus ſubſcriptus eſt eius epiſtolae ad Lectorem; at dedicationi ad Philippum II. an. 1564. — *Moralium* interpretatio prodiit Baſil. 1573. et Francof. 1580. vid. Wyttenb. l. c. pag. LXIX. Atque ed. II, a. 1580. inſcripta eſt: Opera, quae extant, omnia *Plutarchi* Chaer. Ethica ſ. Moralia complectentia. Interpr. *Hermanno Cruſerio* — Conſiliario. Nunc denuo ſumma fide et diligentia recognita, multis in locis emendata et in lucem edita. Cum indice etc. Impreſſ. Francof. ad M. 1580. fol. Haec verſio valde laudatur a cenſore ed. Wyttenb. in Jen. A. L. Z. a. 1797. m. Mart. nr. 85. fin.

Ad pag. 86. pen.

Leg. *monſtroſarum.* — Manut. edidit deinde *vitas* ex recognit. Franc. Aſulani. 1519. fol. v. Serie dell' Ediz. Aldine ed. II. p. 30. ac 49 et *Wyttenb.* l. c. p. LIII. ſqq. qui praecipue

cipue lateque recenſet Aldino *Moralium* edition a. 1509. — et p. LX. ſqq. edit. Baſil. *Vitae* ſunt editae a. 1533. Andr. Cratandrum et Jo. Bebelium; *) *Moralia* a. 1542. ex offic. Frobeniana per Hieron. Froben. et Nic. Epiſcopium — pag. LXX ſqq. recenſet edit. *Guil. Xylandri*, quem in Plutarchi interpretibus cenſet eſſe principem; hic *vitas* edidit 1560. — *Moralia* 1570 et iterum 1572 lat. cum adnotatt. — *Moralia*, multis mendorum millibus, (vt ipſe Xylander in fronte iactitat,) expurgata, gr. ſine adnotatt. Baſileae per Euſeb. Epiſcopium et Nic. Fr. haeredes. 1574. F. Eſt critica egregiaque, at rara quoque edit., de qua conf. etiam *Wyttenb.* in ſpecimine nouae edit. Plutarch. in bibl. critica vol. III. part. 2. et cenſorem in Jen. A. L. Z. a. 1797. m. Mart. nr. 86. pag. 681.

Ad notam pag. 86.

Wyttenb. etiam l. c. p. LXXIV. ſqq. vbi, multus eſt de ed. Steph. „*tredecim*, ait, *voluminibus*, quorum ſex ſunt graeca, vt prioribus tribus contineantur *Moralia*, poſterioribus *Vitae*: ſeptem reliqua ſunt latina, tria *Moralium*, quatuor *vitarum*; nam quarto in volumine ſunt *vitae* ab aliis latine ſcriptae, *Hannibalis* et *Scipionis* a *Donato Acciaiolo*, tum a *Cornelio Nepote*, quae ſuperſunt. Acc. in eodem vol. duo libelli animaduerſionum in Vitas; prior *Xylandri* et *Cruſerii* in vnam ſeriem coniunctarum ad quemque Plutarchi locum

*) V. cl. Panzer A. T. VI. p. 295. nr. 921.

locum; alter Stephani „etc. — Pag. LXXX. ſqq. Wyttenb. recenſet edit. II. voll. graeco-lat. a. 1599. Francof. ap. Andr. Wecheli hered. — repet. Francef. in offic. Danielis ac Dau. Aubriorum et clementis Schleichii. 1620. — ac Paris. 1624. — Pag. LXXXV. ſq. dubitat, num edit. gr. a Fabricio memorata, Francof. 1605. fol. ap. Wechel. vere exſtet, an errore et falſo feratur.

Ad pag. 87. lin. 18.

Bryani ed. prodierunt vol. I. 1729. voll. II. III. IV. 1723. vol. V. 1724.

Ad pag. 87. lin. vlt.

Loco 1779. corr. 1782.

Ad pag. 88. lin. 20.

Poſtea acc. vol. VI. quod vitas parallelas abſoluit; Tubing. 1794. — A vol. VII. a. 1796. inceperunt Plut. opera *moralia*. Illi vol. adiecit ſupplementum varr. lectionum emendationum, coniecturarum, e Wyttenbachiana edit. excerptarum; atque in praefatione de ſuperioribus editt. et ſuis ſubſidiis ſuaque ratione interpretandorum curandorumque Plut. opp. diſputauit, ac modeſte pro ſe dixit. — Moralium partt. II—VII. complectuntur vol. VIII—XIII. a. 1796—1801. Sequetur adhuc vol. XIV. cum indice huic editioni adcommodando. In praefationibus vtplurimum noua, quibus vſus eſt, ſubſidia rarioresque editt. commemorat.

Ad

Ad pag. 88. *lin.* 28.

Poſt aliquot luſtra tandem lucem adſpexit optima editio *Wyttenbach.* Πλουταρχου του χαιρωνεως τα Ἠθικα. *Plutarchi Chaeronenſis Moralia, i. e. Opera, exceptis vitis, reliqua.* Graeca emendauit, notationem emendationum, et latinam Xylandri interpretationem caſtigatam ſubiunxit; animaduerſſ. explicandis rebus ac verbis, item indices copioſos adiecit *Dan. Wyttenbach*, hiſt. eloq. litterarum gr. et lat. in illuſtri Athen. Amſtel. Prof. Oxon. e typogr. Clarend. 1795. mai. 8. tom. I. partt. I. II. et 1796. tom. II. partt. I. II. (ſunt quoque exemplaria in mai. 4. tom. I. et II. excuſa.) — tum IV. voll. in 8. aut II. voll. in 4. a num. XXXVII. — LXXV. Oxon. 1797. Eſt noua recenſio, et ed. Ald. baſis. v. eph. litt. Gotting. a. 1796. m. Febr. plag. 22. pag. 209. ſqq. — Docta etiam longaque eſt cenſura, in qua plurima laudantur, quaedam tamen criticae ac litterariae adſpergunturobſſ. in Jen. A. L. Z. a. 1797. m. Mart. nr. 85—87. Longior adhuc, eaque erudita cenſura, multis Plut. locis emendatis, legitur *in neu. Bibl. der ſch. Wiſſenſch.* Lipſ. a. 1797. vol. LX. part. II. pag. 216—288. — Vtraque Cenſura ſcripta eſt ab *Eichſtadio*, Prof. Jenenſi, qui nuper etiam edidit Pr. huius tituli: *Tractantur Plutarchea quaedam e poëtis hauſta*, Jen. 1804. fol. — Recuſa eſt illa Wyttenb. edit. mendis typographicis ſublatis, Lipſiae pretio parabilior curante M. *Schäffero*, hucusque demum tom. I. pars I.

I. 1796. — Pars II. 1799. 8. — Nubem opuſculorum ſeparatim, edit rum excitatam videbis in *Panzeri* V. C. Ann. typogr. conf. indic. vol. V. et vol. XI. voc. *Plutarchus*.

Ad pag. 89. *lin.* 6.

Conf. de ed. Hagen. *Menken* in nou. miſcell. Lipſ. VI. pag. 569. ſqq.

Ad pag. 90. *lin.* 2.

Kallii edit. prodiit Hafniae. 1774. 8. — *Plut.* de pueror. educat. cum *Iſocr.* oratt. etc. gr. et lat. c. notio Junkeri. Aros. 1776. 8. Addita ſunt Catonis diſticha de moribus. — *Hutten* in praef. ad vol. VII. laudat duas edd. et contulit Colon. ex off. Eucharii Ceruicorni ſ. a. alteram in 4. alteram in 8. praemiſſo Melanchthonis programmate, quo ſuas ille in hunc libr. lectiones indicauit, et ed. Colon. praemiſſo eod. Melanchth. Pr. quam Jo. Soter. a. 1530. 8. excudit, qui eodem anno ſimul *Guarini* Veronens. interpretat. illius libelli vulgauit. — Habeo exemplar. Πλουταρχου — *Plut.* Chaeron. de liberorum inſtitutione. Eucharius excudebat, gr. 8. ſine an. nota cum Pr. Melanchth. ſcripto 1519. Sequitur ſeparatim cum peculiari inſcriptione: *Plutarchi* Chaer. libellus de liberis educandis plane aureus. *Guarino* Veronen. interprete. Colon. in aedibus Eucharii. 1525. 8. — Non omnino ſpernenda eſt editio, quae quidem mole paene laborat, et multa habet, pueris ſcripta, nec hodie notatu neceſſaria; multa tamen bona quoque

que et tam discipulis, quam magistris vtilia atque commoda, atque longa inscriptio docet, quae contineat liber: *Aureus Plutarchi libellus, περὶ παίδων ἀγωγῆς*, id est, *de educatione liberorum*, tum interpretatione latina, ad verbum fere applicata, et paraphrasi gallico-germanica, marginalibus etiam notis et troporum figurarumque literis: tum analysi accurata, Dialectica, Rhetorica et Grammatica, locis item ethicis, historiis et exemplis memorabilibus, perspicue explicatus. Petit livret de Plutarche, de la nourriture des enfans, translaté en François, et declaré. *Das güldene Büchlein Plutarchi, von der Kinderzucht, eigentlich verteutscht und erklärt.* Autore M. *Theodoro Vietore*, in ill. Marpurgens. acad. graecarum litterarum Prof. publico. Lichae Solmeiorum. cIↃ. IↃ. Hc. (1598.) 8. Textus gr. cum triplice versione in quatuor columnis, pag. 1—175. tum p. 181—640. cum peculiari inscriptione: *Analysis triplex dialectica, rhetorica, grammatica.* Cum notis ethicis, historiis et exemplis memorabilibus. Lichae Comitatus Solmensis, typis Nic. Erbenii a. M. D. XCVIII. In praefat. ipse, „in analysibus, vere ait, *minutissima* quaeque, quoad eius fieri potuit, diligenter inuestigaui, et partium particulas quasi ad viuum resecare, sedulo laboraui."

Ad pag. 90. sub. fin.

Franc. Philelphi oratt. et nonnulla alia opera. *Plutarchi* apophtegmata; *eiusdem* la-

co-

conica, ab eodem e graeco in latinum conuerſa Mediolani. 1481. 4. v. *Panzer.* A. T. II. pag. 43. nr. 200. — Edit *Guil. Xylandri* in fine praefat. annum habet notatum 1564. plagella autem, inter lat. verſionem et textum graecum vacua relicta, a. 1566. clare indicat, obſeruante cl. *Hutten* in praef. ad voll. VII. pag. XXVIII. coll. pag. XI. ſqq. — Add. *Fabr.* l. c. pag. 219. ſq. et cl. *Wyttenb.* l. c. pag. CXX. ſq. et p. CIV. ſq. de edd. apophthegmat. tam regum et imperat. quam Laconicorum.

Ad pag. 92. lin. 4.

Leg. *vocum.* — Libell. de diſcernendo adulatore ab amico cum conuiuio ſapientum, gr. et gallice edidit *La Porte du Theil*, et in poſteriore lib. contulit codd. Paris, Paris. 1772. 8. v. *Wyttenb.* l. c. pag. CXII. nr. IV. et pag. CXIII. nr. 13. — Opuſcolo di *Plutarco*, come diſcernere il vero Amico dall' Adulatore. Recato dalla greca nella italiana Favella. Dal *D. L. V. M.* (h. e. *Dottore Lodovico Veleriani Malvezzi* da Bagnocavallo:) con Note. Romae. 1796. 8.

Ad pag. 93. lin. 5.

Ap. Froben. 1525. ſec. *Wyttenb.* l. c. pag. CXVII. nr. 53. et cl. *Hutten*, in praef. ad vol. IX. Opp. Plut. pag. VII. ita refert libri inſcriptionem: *Plutarchi Chaeron.* libell. perquam elegans de non iraſcendo. Eiusd. de curioſitate. Vterque latinus *Des. Eraſmo Rot.*

Rot. interprete. Adiecti ſunt iidem Graeci, quo vel praelegi poſſint, vel certe legi a graecanicae litteraturae ſtudioſis. Baſil. ap. Frob. 1525. 8. — Sed in *Panzeri* A. T. VI. pag. 254. nr. 619. ex Thott. catal. a. 1526. 8. — ibid. nr. 618. ex eod. cat. citatur *Plutarch.* de vitioſa verecundia, *Eraſmo Roterod.* interprete. Baſil. 1526. 8. — *Plut. Chaer.* Περὶ Ἀοργησίας. — de cohibenda iracundia Antwerp. ex offic. Jo. Loëi. 1554. 8. — *Plut.* de animi tranquillitate et de multitudine amicorum. Roſtoch. 1570. 4. ap. Steph. Myliandr. Textus gr. eſt ex ed. Ald. et Baſil. mere repetitus. — *Plut.* de garrulitate. Roſtoch. typis Stephani Myliandri. 1589. Praemiſſa eſt epiſt. *Io. Caſelii.* Textus repetitus eſt ex cl. ed. Stephan. vitiis typogr. hinc inde correctis.

Ad pag. 93. lin. 21.

Plutarchi — quaedam lucubrationes — latinitate iam recens ab *Ottmaro Luſcinio* donatae. De Fortuna. De virtute et vicio. De amicitia in multos diffuſa. Parmythecus inſignis ad Apollonium ſuper morte filii. — 1528. 8. In fine: Auguſtae vindelicorum, ex offic. Alex. Weyſſenborn. — anno reparatae ſacutis ſesquimilleſimo. 28. menſ. Nouembri. v. *Panzeri* A. T. VI. pag. 165. nr. 227. In eod. vol. pag. 99. nr. 621. *Plutarchi Chaeron.* commentarii aliquot ab *Othmaro Luſcinio* e gr. conuerſi de eo, quod docenda ſit virtus. an improbitas ſufficiat ad pariendam homini felicitatem. num in conuiuio ſit philoſophandi

de locus. Argentor. per Jo. Knoblauch. 1522. 8. — et pag. 100. nr. 628. ex cat. Thott *Plutarchi* aliquot commentarii ab *Ottomaro Luscinio* versi. Argentor. ap. Jo. Knoblouch. 1522. 4. An superior est editio, forma siue mutata siue non recte designata? — *Plut.* quomodo iuuenis poetas intelligere debeat: de Fortuna et de Virtute ac Vitio. (ex ed. Aldina.) editore *Hieron. Aleandro Mottensi*, Prof. Paris. litterar. Paris. 1509. 4 v. *Wyttenb.* l. c. pag. CX. nr. 2. et pag. CXIII. nr. VIII. — Ibid. pag. CXIV. nr. 14. lib. *de superstitione*, gallice versus et notis illustratus a *Tanaquillo Fabro*. Salmurii. 1666. 8. quae edit. habet, inquit Wyttenb. quasdam correctiones e coniectura: ceterum venustum magis, quam doctum opusculum.

Ad pag. 94. lin. 2.

Latine versus a *Nicolao Saguntino*, cum aliis Plutarcheis libellis, latine versis. Moguntiae. 1520. 12. v. Wyttenb. l. c. p. CXX. nr. 56.

Ad pag. 94. lin. 7.

Leg. *Grynaeo.* — et lin. 11. leg. *Plancio* s. *Plantio.* — De edit. Conuiuii etc. curante *La Porte du Theil.* vid. paullo ante ad p. 92.

Ad pag. 94. lin. 19.

Rara est editio: Πλουταρχου Χαιρων. Περι των αρεσκοντων τοις Φιλοσοφοις, Φυσικων δογματων επιτομης. Βιβλια πεντε, Eiusdem operis ad-

addita est *Guil. Badaei* interpretatio latina. Basil. ex offic. Jo. Heruagii. 1531. min. 4. — Alia eiusdem versionis editio prodiit Argentor. ex aedib. Schurerian. 1516. min. 4. v. cl. *Hutten* praef. ad. Opp. Plut. vol. XII. pag. XIII. sq.

Ad pag. 95. lin. 6.

Separatim quoque edidit illas vitas parall. cl. *Hutten*: *Plutarchi Demosthenes et Cicero.* In vsum iuuentutis literar. graecarum studiosae: cum adnotationibus variorum, adiectaque lectionis diuersitate et indicibus necessariis opera *Io. Georgii Hutten.* Tubingae. 1795. 8. — Egregia est editio: Ἐκλογαι ἱστορικαι. Selecta principum historicorum Herodoti, Thucydidis, Xenophontis, Polybii illustres loci. *Plutarchi vitae Demosthenis et Ciceronis.* Delectu, praefatione, annotatione discipulorum institutioni accommodauit *Dan. Wyttenbach.* — Amstel. 1794. 8.

Ad pag. 95. lin. 17.

Ioerdensii edit. curauit recudendam et indicem locupletiss. verborum nominumque adiecit J. H. Ch. Barby 1796. 8. — Vitae selectae parallelae Plut. in vsum collegii Collegii Bruusuic. iussu et impensis Ducis Brusuic. graecis (vt ait) marginalibus nunc primum elaboratis cum praef. editae a *Guil. Christi. Iusto. Chrysandro.* Helmstad. 1747. 8. — *Leopold* autem pari cura et sollertia versatus est in alia collectione, inscripta: *Plutarchi Ma-*

Marius, Sulla, Lucullus et Sertorius. Recenſuit, explicauit, chronologia rerum memorabilium indicibusque neceſſariis inſtruxit *Ern. Henr. Ge. Leopold.* Lipſiae, 1795. mai. 8. *Plut. Timoleon, Philopoemen, die beyden Gracchen und Brutus, zum Schulgebrauch, mit kurzen Anmerkungen und einem erklärenden Wortverzeichniſs von G. G. Bredow.* Alton. 1800. mai. 8. — Ob raritatem exemplarium notandae ſunt verſiones: 1) vitae parallelae, a diuerſis interpretibus latinae factae, a *J. A. Campano* collectae et editae cum praef. Romae ſ. anni nota, tom. II. fol. magno typis Vdalrici Galli. v. *Audiffredi* catal. rom. editt. ſaec. XV. pag. 37. ſq. et Argentor. typis Mentell. ſine anni indicio, voll. II. fol. mai. v. *Panzeri* A. T. pag. 77. nr. 419. 2) verſio ital. a *Baptiſta Alexandro Iac. de Riete* facta. Aquilae, typ. Adam de Rotuuil, (Adam Rotwil) 1482. fol. v. *Panzer* l. c. pag. 16. nr. 1. add. *Fabr.* l. c. pag. 203. ſqq. et 213. ſq. item ſupra ad pag. 82. notata.

Ad pag. 96. lin. 22.

Del. vocc. *in quo.* — Verſioni latinae (quae reuera videtur *Adriano Turnebo* deberi,) libelli de fluuiorum et montium nominibus, Paris ap. Carol. Steph. 1556. 8. praefixum eſt nomen mutilatum *Ang. Ver.* quibus ſiglis quis ſignificaretur, ignorarunt viri docti: v. *Fabr.* l. c. pag. 225. ſq. Clar. vero *Sturz* in praef. ad tom. II. Lexici Xenophontei, (Lipſ. 1802. 8.) pag. 5. ſq. not. pluribus

docet, ſub illis litteris intelligendum eſſe *Angelum Vergecium*, ab aliis, e. gr. à *Rutgerſio* variar. lectt. III. 12. (qui verſionem illam grauiter reprehendit,) vocatum *Vergerium* Cretenſem, temporibus Franciſci I. Galliarum regis florentem.

De natura et effectionibus Daemonum, libelli duo *Plutarchi* Chaeron. Cum explicationibus et prooemio *Ioach. Camerarii*. Quibus et eruditae et rarae et iucundae et non inutiles rerum mirabilium et ſingularium expoſitiones continentur. Lipſ. 1568. iterum in fine mei exempl. Lipſ. imprimebat Jo. Steinmann, typis Voegel. 1576. 8. Inſunt latina interpretatio lib. *de oraculorum defectu*, ex *Adriani Turnebi* editione repetita, pag. 1—80. tum pag. 81.—109. *Turnebi* animaduerſſ. dein a pag. 111. Camerar. interpretatio lib. Plut. de figura El, conſecrata Delphis, denique pag. 139. ſqq. Camerarii adnotatio, tam critica, quam exegetica, in qua etiam interdum diſceſſionem fecit a ſuperiore Turnebiana expoſitione. Sub finem longi prooemii confirmat Croci, praeceptoris ſui, iudicium de edit. ſcriptorum Plutarch. Aldina, mendoſe expreſſa, in qua excudenda et ab operis accurate exprimenda, Demetrium Cretenſem, qui operis praeeſſet, maxima cum negligentia atque incuria prouinciam iſtam geſſiſſe conqueritur, eumque hominem vocat neque laborioſum, et leuiuſculum. add. *Wyttenbach.* praef. cit. p. CXVII. nr.

nr. 28. et 30. et *Hutten* praef. ad vol. IX. p. VI. sq.

Ad pag. 100. *lin.* 9.

Böttigeri Pr. rec. in *neuem Magazin für Schullehrer*, L. 1. pag. 34. sqq. — *J. F. Eckhard.* Pr. vita et ratio, quam in lingua lat. percipienda Plutarchus sequutus sit. Isenac. 1793. 4. — *Christi. Gottlieb. Wernsdorf.* Philos. D. et PP. ad Plutarchi quaestiones graecas commentatio I. Helmstad. 1795. 4. Ipsas quaestiones graece cum notis editurus cl. *W.* in commentationibus peculiaribus de locis difficilioribus disputare instituit. In hac prima commentat. sunt tres priores quaestiones, addito textu graeco, copiose expositae. — Scholia in libr. *Plutarchi περι παιδαγ.* seu de liberorum educatione, quibus is noua quadam methodo quoad verbum et sensum latine redditur — studio et opera *Ge. Syluani.* Londini, typis Jo. Heptinstate, impensis authoris. 1684. 12.

Ad. pag. 100. *lin.* 28.

Plutarchi vitae parallelae, a Dryden et aliis in linguam anglicam translatae, praefixa Plutarchi vita, (a *Dryden* scripta,) prodierunt. Londini. 1683. 8. — V. voll. rec. ibid. 1688. 1693. 1700. 1703. 1710. 1714. 1716. ib. 1727. 8. VIII. voll. et 1749. 12. IX. voll. — Vitae, anglice versae, cum notis exegeticis et criticis *Dacier.* et aliorum, praefixa Plut. vita, a Dryden composita. Londin.

1758. 8. — rec. Edinburg. 1758. 1763. 1774. 12. VI. voll. et Lond. 1770. 12. VIII. voll. v. *Brüggemann* View. etc. pag. 30. sq., vbi plures commemorantur edd. ac versiones anglicae aliaque scripta, in quibus Plutarchea illustrantur aut explicantur. — Vitae a *Io. Langhorne*, DD. et *Guil. Langhorne*, M. A. anglice versae prodierunt Londini. 1770. 8. VI. voll. — rec. ibid. 1774. 1778. VI. voll. 8. — *Plut.* Treatise upon the Distinction between a Friend and a Flatterer with Remarks by *Thom. Northmore*, Esq. Lond. 1793. 8. Notae doctae lingua sunt modo anglica, modo latina scriptae Num promissa textus gr. edit. lucem viderit, equidem ignoro. — *Plutarchus* Lives abridged; in which the historical parts are carefully preserved and the comparisons of the respective Lives accurately delineated; calcalated for the Instruction of Youth by *Eliz Helme.* Londin. 1795. 8. — *Plutarch's* Lives abridged and andapted to the use of english Schools, by *W. Mavor*, L. L. D. Londini, ap. Johnson. 1800. 12. — Vitae *Plut.* e versione Dacier. gallica in hispanicam translatae a *Fr. de Paula Toral.* Sevill. tom. I. 1787. 8. — Vitae parall. in linguam batau. conuersae, cum multis obseruatt. part. I — VI. Amstel. 1789 — 98. mai. 8. Num diuersa sit illa nec ne a versione, quam cel. *Saxius* in Onom. lit. part. VIII. Trai. ad Rh. 1803. mai. 8. pag. 435. sq. sic laudat, „communes eius, (*Hermanni Boscha*) et *Everwini Wassenbergii* operae in batave: redden-

dendis Plutarchi vitis etc. Franeq. et Harderou." equidem, quum neutram vidiſſem, definire nequeo. — *Plutarchi* apophthegmata, hungarice verſa a *Io. Lethenyei*. Fuenfkirch 1785. 8.

Ad pag. 101. *lin.* 2.

De gallica interpretatione *Amyoti*, qui *vitas* Plutarch. gallice a ſe redditas Regi Henrico II. inſcripſit 1559, *Moralia* poſtea Carolo IX. v. *Wyttenbach.* praef. l. c. pag. LXVII. ſqq. — Noua *Amyot.* vers. edit. cum notis *Brotier* et *Vauvilliers*, recognita, correcta et aucta verſione variorum opuſculorum et fragmentorum ineditorum Plut. incepit prodire. Paris. 1801. 8. et conſtabit XXV. voll., quorum dimidia pars iam prelo exiiſſe dicitur, curante *E. Clavier*. — Abrégé des Hommes illuſtres de *Plutarche* par le citoyen *Acher* (Deſeſſarts.) P. Quenette. Paris. 1797. tom. I. 8. Continet vitas Theſei et Romuli, Lycurgi et Numae, Solonis et Publicolae, Themiſtoclis et Camilli, cum Plutarchi et Amyotti vita.

Ad pag. 101. *lin.* 24.

Tom. XIII—XVII. Paris., quorum duo vltimi prelum reliquerunt Paris. 1795. — Idem *Ricard* gallice vertit vitas Plut. quorum duo priora volumina prodierunt Paris. ap. Pougens. 1799. — Apophtegmes des Lacédemoniens extraits de *Plutarque*, ſuivies des penſées du même Auteur ſur la ſuperſtition par

par *Pt. K. Levesque.* Paris. 1794. 18. — Penſées morales de *Plutarque* recueillies et traduites, ib. 1794. 18. v. Magaz. encycl. III. 10. pag. 233.

Ad pag. 102. *lin.* 13.

Rectius Argent. 1597. 8. verſio Plutarchei libell. de educatione etc. facta a *Jo. Fiſchart. v. Degen, in Intelligenzblatt der Erlang. Litt. Zeit.* nr. 10. a. 1801. m. Mart. pag. 75. et inprimis eiusd. *Nachtrag zu der Litteratur der deutſch. Ueberſetzung. der Griechen.* Erlang. 1801. pag. 270. ſqq. — Vitas parall. germanice vertit, notisque illuſtrauit *Io. Frid. Sal. Kaltwaſſer.* Prof. Gymnaſii Gothani. part. I — V. Magdeb. 1799 — 1803. 8. — *Antonius und Cleopatra, frey bearbeitet nach Plutarch, in Conzen. Magaz.* part. III. — De Sacerdotibus romanis epiplemata diſp. *Guſtaui Sam. Theodori Baumgarten Cruſii.* Lipſ. 1803. 4. Primum loca claſſica gr Dionyſii Halic., Dionis Caſſii, Xiphilini, Plutarchi etiam Diodori Siculi et Zoſimi, a) generatim de ſacerdotibus, tam b) ſpeciatim de Veſtalibus, de Saliis, de Fecialibus, de Pontificibus et de rege ſacrificulo protulit; deinde in parte poſteriore illos paraphos ex antiquitate vberius explicat illuſtratque.

Ad pag. 103. *lin.* 12.

Plut. de educ. etc. in linguam germanic. conuerſus a *Cleman* cum philoſophicis, philolog. et hiſtoricis animaduerſion. 1745. — it.

a M. Io. Ge. Steinert. cum multis adnotatt. maxime ad artem paedagogicem ſpectantibus. Lipſ. 1795. 8. — *Ueber die Erziehung, frey überſetzt vom Verf. der Charidion*, (G. Ch. Kellner.) Manhem. 1793. mai. 8. Conf. Add. ad Introduct. II. 2. pag. 350.

Ad §. 25. *SORANVS.*

Ad pag. 104.

De re medica huic voluminì inſunt: Sorani Epheſii, peripatetici et vetuſtiſſimi archiatri, in artem medendi iſagoge, hactenus non viſa. *Oribaſii* Sardiani fragmentum de victus ratione, quolibet anni tempore vtili, antea numquam editum. *C. Plinii ſecundi* de re medica libri V. accuratius recogniti, ac, nothis ac pſeudepigraphis ſemotis, ab innumeris mendorum millibus, fide vetuſtiſſimi codicis, repurgati etc. (collectore *Albano Thorino.*) Baſil. ex offic. Andr. Cratandri a 1528. fol. v. *Clément* Biblioth. curieuſe, hiſtor. et critique tom. I. pag. 439. not. 69. et *Panzer.* A. T. vol. VI. pag. 264. nr. 761.

Ad. §. 30. *ALCINOVS.*

Ad pag. 107.

Alcinoi — de doctrina Platonis libr. *Speuſippi* — liber de Platonis definitionibus. *Xenocratis* — liber de morte. Praecedit Marſilii Fi-

Ficini Florentini — praefatio. Baſil. 1532. per Mich. Iſingrinium. 8. v. *Panzer* A. T. vol. VI. pag. 291. nr. 891. et conf. quae ſcripſi ad Fabr. B. Gr libr. IV. cap. 20., vbi de *Alcinoo* agitur, ſect. XV. pag. 526, vol. V. — Addita quoque eſt *Alcinoi* interpretatio a *Fiſchero* edit. III. Platonis dialogorum, Eutyphro etc. Lipſiae. 1783. 8. — Introduction à la philoſophie de Platon, traduit du texte grec d' Alcinous par *I. I. Combes Dunous* Gr. in 8. Paris, an. VIII. (1800.) addita eſt verſio comment. I. *Maximi Tyrii* ſur cette Queſtion: Qu' eſt ce que Dieu ſelon Platon? conf. ephem. litter. Gotting. a. 1801, pag. 2069. ſq.

Ad §. 31. *FAVORINVS.*

Ad pag. 108. *lin.* 6.

Vol. III. pag. 173. ſqq. et quae a me atque Heumanno ſunt ibi adnotata. — De *Favorino*, Arelatenſi philoſopho, graecae romanaeque dictionis nitidiſſimo exemplari, comment. I. et II. auctore *Imman. Frid. Gregorio.* Laubae. 1755. 4.

Ad pag. 111. *lin.* 2.

Iterum edit. Lipſ. 1803. 8. — *Ad ſect.* 4. *lin.* 1. add. *vel ſec. m. edit. vol.* VI. pag. 303. et 377. ſq.

Ad

Ad §. 36. FLAVIVS ARRIANVS.

Ad pag. 112. not.

Cel. St. *Croix* liber eruditus, *Examen* etc. anglice verſus eſt: A critical Inquiry into the Life of Alexander the Great by the ancient Hiſtorians, from the French of the Baron de St. *Croix*; with notes and obſervations by Sir *Richard Clayton*, Bar. illuſtrated with a Map of the Marches of Alex. the Great. Bath. and London. 1793. mai. 4. *Clayton* multa emendauit, aut auxit, quasdam auctoris Gallici ſententias modo firmauit, modo oppugnauit, quaedam reſecuit.

Ad pag. 113. lin. 4.

Scr. vol. V. pag. 102. ſect. 10. m. edit.

Ad pag. 113. ſect. 4. lin. 16.

Nouiſſima optimaque eſt editio: *Epicteti* diſſertationum ab *Arriano* digeſtarum libri IV. eiusdem Enchiridion et ex deperditis ſermonibus fragmenta. Poſt *Io. Vptoni* aliorumque curas, denuo ad codd. Msstor. fidem recenſuit, latina verſione, adnotationibus indicibus illuſtrauit *Johannes Schweighäuſer*, Argentoratenſis. tom. I. Epicteti diſſertationes. Lipſ. 1799. m. 8. (in praef. pag. XXVI. ſqq. curatius recenſet ed. Wolfianam. Ille tomus recenſetur in *Erlang. Litterat. Zeit.* a. 1799. nr. 207. et quaedam proponuntur emendationes.) — tom. II. pars. I. Notae (Hier. Wolfii, Jo. Vptoni aliorumque VV. DD. et Schweighaeuſeri,) in Epicteti diſſ. lib. I. et lib.

lib. II. cap. I—XIV. tom. II. pars II. notae in Epict. diſſ. lib. II. cap. XV—XXVI. lib. III. et IV. — tom. III. *Epicteti* enchiridion, fragmenta, indices ibid. a. 1799. 8. — Idem cl. *Schweighaeuſ.* in edit. *Epict.* Lipſ. 1798. 8. ſimul iudicat vberius de edd. Epict., quibus adiunctae ſunt Arriani diſſertatt. Add. *Brehm bibliograph. Handbuch.* II. pag. 364. ſqq. de Epicteto, et plura de recentioribus Arriani librorum edd. verſionibus atque expoſitionibus pag. 277. ſq. — *Arriani* diſſertatt. germanice vertit *Jo. Ge. Schulteſs.* Tigurì 1766. 8. (*Arrians* Epictet, *aus dem Griechiſchen überſetzt*, (et a pag. 497. Epicteti Enchiridion. a pag. 524. Epict. fragmenta tam certa, quam dubia, *von J. G. Schulteſs.* Praemiſſa eſt notitia vitae Epicteti atque Arriani, ſumta, et hinc inde modo decurtata, modo aucta, ex *Dacieri* Praef. ad Manuel d' Epictete avec les Commentaires de Simplicius) dein rec. in eiusd. *Bibliothek der griechiſchen Philoſophie*, Tigurì. 1778. 8. — Tunc *Arrians Unterredungen Epictets mit ſeinen Schülern, überſetzt und mit hiſtoriſch-philoſophiſchen Anmerkungen und einer kurzen Darſtellung der Epictetiſchen Philoſophie begleitet v. J. M. Schulz.* Altonae. tom. I. 1801. — tom. II. 1803. mai. 8. Schulzii verſio laudatur et comparatur cum Schulteſſiana in Lipſ. *Jahrbuch der neueſten Litteratur*, a. 1802. ſcid. 305. — Les Propos d' Epictete recueillis par *Arrien* ſon diſciple, translatés du Grec, par *Fr. J. D. S. F.* (h. e. *Frere Jean de*

de St. François, Prieur des Feuillantins de Paris.) Paris. 1609. 8.

Ad pag. 115. *lin.* 22.

Noua et bona eſt editio, in vſum praecipue iuuenum, gr. linguae ſtudioſorum: *Arriani* Nicod. expeditionis Alexandri libri ſeptem. Recenſiti et notis illuſtrati a *Frid. Schmiedero*, Gymnaſii Luth. Halenſ. collega. Lipſ. 1798. 8. mai. In praefat. agit 1) de Mſstis huius libri; 2) diligenter et critice de editionibus; 3) de verſionibus; 4) de ſubſidiis; 5) de ſua edit. textum curauit incorruptum, et ex Florent. optimo cod. emendatum, cum notis tam criticis quam exegeticis; dein 6) quid praeſtandum ſit in edit. maiori. Poſt haec adiecit Arriani vitam, tabulamque rerum memorabiliorum chronologicam, atque fontes aperuit, ex quibus hauſit Arrianus. — Idem doct. *Schmieder* antea ediderat notarum criticarum in *Arriani* Nicom. de Alexandri M. expeditione libros VII. (vel potius libr. IV. priores,) ſpecimina I. et II. Halis Magdeb. 1795. 8., quae ab ingenio, acumine et coniecturarum facilitate laudantur in eph. litter. Gotting. a. 1795. nr. 92. p. 926. ſqq. — Parem laudem *Schmiederi* opera meret in curanda editione, inſcripta: Ἀρριανου Ἰνδικη. *Arriani* hiſtoria Indica, cum Bonau. Vulcanii interpretatione latina, permultis locis emendatior. Recenſuit et illuſtrauit *Frider. Schmieder.* Halis Magdeb. 1798. mai. 8. Adiectae ſunt p. 233. ſqq. *Henr. Dodwelli*

welli diſſ. de Arriani Nearcho, et p. 255. ſqq. *Vincentii* refutatio Dodwelli pag. 56. ex anglico in latinum translata. — *Vincentius* autem edidit: The voyage of *Nearchus* from the Indus to the Euphrates, collected from the Original Journal preſerved by *Arrian*, and illuſtrated by authorities ancient and modern, containing an account of the firſt navigation attempted by Europeans in the Indian Ocean, by *William Vincent*, D. D. to which are added three Diſſ. two on the achronycal riſing of the Plejades by the R. R. D. *Sam. Horſley* — and by *William Wales* — and one by Ms. *de la Rochette*, on the firſt meridian of Ptolemy. — Lond. 1797. mai. 4. cum multis figg. et tabulis geograph. conf. ephem. litt. Gotting. a. 1797. plag. 68. m. April. — *Arrian's* Hiſtory of Alexander's Expedition. Translated from the Greek. With Notes hiſtorical, geographical, and critical. By Mr. (*John*) *Rook* — — And to which is added 1) *Arrian's* Indian Hiſtory. 2) His Account of the Diviſion of the Empire, after Alexander's Death. etc. Lond. 1729. 8. II. voll. vid. *Brüggemann* View etc. p. 330. ſq. — Hiſtoire des Expédition's d'Alexandre, rédigée ſur les mémoires de Ptolémée et d'Ariſtobule ſes Lieutenants, *Flave Arien* de Nicomédie Conſul et Général romain. Trad. nouv. par *P. Chauſſard*; prec. de la revue des Hiſtoriens d'Alexandre, d'une introduction ou coups d'oil politique ſur le ſiècle de Philippe et de reflexions ſommaires ſur la différence

et

et les conſequences de la Tactique des Anciens et des Modernes; augm. d'un complement hiſtorique, cont. diverſes traditions ſur le Conquerant, quelques détails de la vie privée, les jugemens et les paralleles, auxquels il a donné lieu; enrichie de notes érudites d'après St. Croix, le Dr. Vincent, etc. d'une table et d'une carte géogr. etc. Paris. 1802. III. voll. 8. et vol in 4. tabb. 12. aeneas cum explicatione continens. add. *Beckii* comm. Lipſ. ſoc. phil. III. 2. p. 333. ſq.

Ad pag. 116. *lin.* 11.

Charl. de Broſſes le Periple, ou circuit du Pont-Euxin, in Mem. de l'Acad. des Inſcr. tom. XXXII. p. 627. ſqq. et tom. XXXV. p. 475. ſqq. dein in adpend. ad tom. III. part. 2. eiusd. Hiſtoire de la Republ. romaine par Salluſte etc. v. *Brehm.* l. cit. p. 236. ſq.

Ad §. 37. *ARTEMIDORVS.*

Ad pag. 117. *lin.* 11.

Sec. m. edit. pag. 261. vol. V. cap. XV. de Artemidoro, vbi plura adſcripſi.

Ad pag. 118. *ſect.* 4.

Artemidori Daldiani, philoſophi excellentiſſimi, de ſomniorum interpretatione, libri quinque a *Jano Cornario*, medico phyſico Francofordenſi, latina lingua conſcripti. Froben. Baſileae 1544. 8. Huius anni exemplar habeo: de

de aliis editt. v. ad Fabric. l. c. p. 262. *Gorraeus* in epistola dedicator. scripta Francof. ad Moen. cal. Sept. 1538. praemisit aliqua de somniorum ratione, quibus, ait, non nimium contentiosis ingeniis satisfacturum me confido, et bonis ac lenibus persuasurum scio, somniorum interpretationem artem esse vtilem apprime in vita, et non vt gentilem ac vanam contemnendam, sed vt piam, Christianis etiam suspiciendam ac expetendam. „Somniorum vero differentiam ab insomniis diligenter obseruandum esse monet. Idem adfirmat, se luxatos aliquot et sauciatos Artem, locos reposuisse et persanasse.

Ad pag. 139. *lin.* 5.

Leg. vol. IV. libr. III. p. 405. et vol. VI. m. ed. in catal. grammaticor. gr. pag. 564.

Ad pag. 120. §. 40. *sect.* 5.

Fabr. sec. m. edit. vol. V. pag. 612. not. e. ac pag. 621. sqq. vbi plures excitantur edd. codd. mssti et versiones.

Ad §. 41. *APOLLONIVS DYSCOL.*

Ad pag. 120. *sect.* 4. *lin.* 3.

Corr. 1495.

Ad pag. 121. *sect.* 6.

Sec. m. edit. libr. IV. cap. 39. vol. VI. p. 272. sqq. vbi plura adnotaui.

Ad

Ad pag. 123. *sect.* 6. *lin.* 9.

Sec. m. ed. vol. VI. cap. 32. p. 2. sqq. — *lin.* 4. corr. nr. 11.

Ad pag. 124. *sect.* 5. *lin.* 1.

Corr. pag. 399. sqq. vet. ed. sed in m. ed. vol. V. pag. 255. sqq.

Ad §. 44. *TIBER. CLAVD. ATTIC. HERODES.*

Ad pag. 125. *sect.* 6.

Herodes sibi suisque heredibus struxit monimentum in *Triopio* suo s. parte fundi, quem ad tertium ab vrbe lapidem in via Appia possedit. Ex hoc Triopio quatuor innotuerunt inscriptiones: 1) inscriptio duabus columnis incisa; 2) inscriptio praediorum Annaae Regillae; 3) consecratio Triopii, facta Minervae et Nemesi; 4) dedicatio statuae Regulae Herodis: quarum qui auctores fuerint, disceptatum est. Primam et secundam inscriptionem recepit quoque *Rich. Franc. Phil. Brunck* in Analecta sua vol. II. p. 300. sqq. et brevibus notis ornauit in vol. III. Emendatt. p. 198. tum *Frid. Jacobs* in Anthol. gr. vol. III. p. 14. sqq. — Illarum inscriptionum praestantem editionem curauit *Visconti* Iscrizione Greche Triopee ora Borghesiane con versioni ed osservazioni di *Ennio Quirino Visconti*. Romae 1794. 4. cum tabb. aen. conf. cl. *Eichstädii* eruditam censuram in Ien. A. L. Z. a. 1796

1796. nr. 61. — Idem cel. *Eichst.* praeclaris obss. ornauit sect. III. de Herode Attico, cap. 32. libr. IV. in vol. VI. Fabr. B. Gr. — Illam sectionem de vita Herodis, nonnullis inspersis additisque notis. cl. *Fiorillo* adiunxit pag. XXVII. sqq. editioni suae, inscriptae. *Herodis Attici quae supersunt:* adnotationibus illustravit *Raphael Fiorillo*, bibl. reg. acad. Georg. Augustae a Secretis. Praefixa est epistola *Chr. G. Heynii*, (de finibus studii critici regundis) ad auctorem. Lipsiae. 1801. m. 8. Insunt 1) consecratio septi ad pagum Triopium in praediis Herodis *Attici*, cum varr. lectt. 2) dedicatio simulacri Regillae Herodis vxoris in Cereris et Faustinae ad Triopium, (quam *Fiorillo* adscripsit *Marcello Sidetae*, tempore Marci Aurelii florenti;) cum variis lectt. 3) vberiores adnott. in duas illas inscriptt. 4) Diatribe in *Herodis Jambographi* fragmenta, illum incognitum fere Herodem ab interpretibus ad Plinii epistol. IV. ep. 3. et a *Fabricio* B. Gr. tom. VIII. p. 710. vet. ed. gravissimo errore confusum esse, ostendit p. 171. sq. (quae vero iam occupauit *Ruhnken* in historia critica orator. graec. pag. XCIX. sq. not.) 3) Herodis orat. de republica, cum Reiskii obss. Illam tamen orat. minime ab Herode profectam, sed opus esse sophistae, anonymi multo serioris, iudicat Fiorell. praef. pag. VI. et ad vitam Herodis pag. 12. not. 16. Docta est illius edit. censura in *Neue Bibl. der schön. Wissensch.* tom. 64. part. 2. p. 230. sqq. a. 1801., vbi V. D. in versu 42. Inscript. II. emendat. ἕρδ' ἐπεί

ἐπεί etc. add. in eadem nouae bibl. parte pag. 217. sq.

Ad §. 45. APPIANVS ALEXAND.

Ad pag. 130. lin. 4.

Altera disp. est huius sententiae: de impressis ac msstis historiarum Appiani Alex. codd. commentatio historico - critica. Acc. nouae editionis specimen. Argentor. 1781. 4. — Ex Schweighäuseriana edit. vt plurimum ducta est Teucher. coniecturis tam Schweighäuser. quam propriis interdum in textum receptis: *Appiani Alex.* romanarum historiarum, quae supersunt. Graece edidit, notis variorum selectis et suis illustravit ac temporum rationem et indicem rerum adiecit *Lud. Henr. Teucherus.* vol. I. pars I. II. Lemgou. 1796. — vol. II. pars I. II. ib. 1797. 8. Desiderantur adhuc Adnotatt. et alia in praef. ipsoque fronte partium promissa. — *Appiano Alessandr.* delle guerre civili de Romani. Rom. tom. I. 1791. — tom. II. 1792. 4.

Ad pag. 130. sect. 6.

Plura vid. in noua Fabr. edit. libr. IV. cap. XIV. vol. V. pag. 244. sqq. — *Schilderung des Triumvirats nach Appian*, versio *Wolfii* Conrect. scholae Glückstadt. in diario menstruo: *Genius der Zeit*, menss. April. Mai. et Junio, a. 1796. — On the plunder of the Delphick Temple by the Barbarians under Cadmus:

Teſtimony of Herodotus and Appian compared with Euripides, and the aera of events, recorded by Appian, collected: Hiſtory of the ſeveral pillages of the Delphik ſhrine, mentioned by Pauſanias and Strabo: Diſſert. of Mr. Valois on his ſubject. By *Richard Paul Jodrell*, Esq. in eius Illuſirations of Euripides, on the Jon and the Bacchae. Londin. 1781. 8. nr. 40. p. 481 — 489. add. *Brüggemann* View etc. pag. 339. ſq. et *Brehm bibliogr. Handbuch* II. p. 133. ſqq.

Ad pag. 131. *ſect.* 3. *lin.* 1.

Plura in ed. nou. libr. IV. cap. XXVII. vol. V. pag. 629. ſqq.

Ad pag. 134. *lin.* 2.

Add. *Brehm* l. c. pag. 107. ſqq.

Ad pag 134 *de HEPHAESTIONE, ſect.* 5. *lin.* 1.

Plura adnotaui ad Fabr. B. Gr. libr. IV. cap. 39. §. X. de Hephaeſtione, vol. VI. p. 99. ſq. vbi quoque iam memoraui, Hephaeſtionem ſaepius et acriter reprehendi ac refutari a *Godofr. Hermanno* de metris poetarum graecor. et romanorum, libr. III. Lipſiae 1796. mai-8.

Ad §. 49. *AVREL. ANTON. IMPERAT.*

Ad pag. 135. *ſect.* 1. *lin.* 2.

Quo anno natus, et quando ac quo loco ex-

exſtinctus ſit Antoninus, diſſentiunt auctores. v. ad *Fabr.* B. Gr. libr. IV. cap. 20. de *Marco Aur. Antonino*, vol. V. p. 501. not. *d.* a me adnotata. Sirmii eum interiiſſe, ait quoque *Tertullian.* in apol. cap. 25. Vindobonae autem vel morbo conſumtum vel peremtum eſſe, vterque Aurelius tradit: quod probat *Lasner*, ad Herodian l. 3. pag. 81 tom I. ed. Irmiſch., cuius quoque notas ad illum Herodiani locum et ad Herod. l. 2. pag. 43. ſqq. conferas.

Ad pag. 136. *ſect.* 3. *lin.* 10.

Sec. m. ed. vol. V. pag. 504. ſq.

Ad pag. 137. *ſect.* 4. *lin.* 24.

Plerumque citatur illa *Gataker.* Opp. edit. 1698. In cat. tamen bibl. Pinelli. tom. III. p. 312. nr. 7720. ann. ſic citatur, 1698—97. tom. II.

Ad pag. 138. *ſub fin.*

Nouiſſima eſt editio: *M. Aurelii Antonini* commentarii, quos ipſe ſibi ſcripſit. Ad fidem codd. msst. recenſuit et animaduerſionibus inſtruxit *J. M. Schulze.* Acced. *Menagii* notae in Antoninum adhuc ineditae vol. I. Sleſuici ap. Röhs. 1802. mai. 8.

Ad pag. 139. *lin.* 28.

Corr. *Graves*, et paullo poſt, *Bath.* conf. *Brüggemann* View etc. pag. 345., vbi et in eiusd. ſupplement. p. 69. ſq. aliae verſiones anglicae atque editiones indicantur. — *His-*

panicae verſs. *Mirandae*. Madr. 1785. 4. — Penſamientos eſcogidos de las maximas filoſoficas del Emp. *M. Aur. Antonino*, ſacados de Eſperitu de las manorcas filoſofos pueſtos en Caſt. por (D) *Jayme Ailla Lopez*. Madrid. 1786. 4. — Penſées morales de Marc Antonin Empereur de ſoy et a ſoy — meſme. En douze livres. Trad. du Grec. à Amſterd. 1655. in minima forma. Epiſtolae dedicatoriae, Par. 1650. le 15. Oct. datae, ſubſcriptae ſunt litterae *B. I. K.* forſan is fuit *Benedict Ieſper Krus*, Suecus, qui in fine praefat. innuit, ſe eſſe *un Eſtranger*, qui ſefforce de parler aux François en leur langue.

Ad pag. 140. *lin.* 11.

Nouiſſima eaque ſplendida verſionis Dacier. editio eſt: Reflexions morales de l'Empereur Marc Aurèle, trad. par *Dacier*. Paris. ap. Didot. 1801. 4. cum aen. tabb.

Ad pag. 140. *lin.* 10.

Dele *olim Vaticanum* — Verſio germanica *Hofmanni* ſaepius recuſa eſt. — Melior eſt quamquam parum perfecta, *Schulteſſii*, Tuguri 1779. 8. et repetita in eius *Bibliothek der griechiſchen Philoſophen*, in tom. III. — Fida et diligenter facta eſt verſio: *Antonin. Unterhältungen mit ſich ſelbſt; aus dem Griechiſchen mit Anmerkungen und Verſuchen zur Darſtellung ſtoiſcher Philoſopheme, von Jo. Wilh. Reche.* Francof. ad Moen. 1797. 8. Textui ſubiectae ſunt notae criticae atque exegeticae

geticae, adiectae autem commentatt., in quibus interpres dogmata Anton. in quasdam classes redacta, explicat et cum aliorum Stoicorum placitis comparat. conf. Jen. A. L. Z. 1797. M. Octobr. nr. 336. et nov. bibl. vniuerſ. germ. vol. 42. part. 1. p. 219. ſqq. — *M. Aur. Antonin's Unterhaltungen mit ſich ſelbſt, aus dem Griechiſchen überſetzt. Mit Anmerkungen und einem Verſuche über Antonin's philoſophiſche Grundſätze, begleitet von J. M. Schultz, Conrect. zu Schleswig.* Slesvici 1799. m. 8. Adnott. ſunt hiſtoricae et criticae. Laudatur in Jen. A. L. Z. a. 1799. nr. 295. p. 702. ſq. add. nou. bibl. vniuerſ. germ. vol. 54. part. 1. faſc. 3. p. 177. ſqq. et conf. *Schültzii* narrat. de ſuis ſubſidiis atque ed. gr. in Lipſ. *Allg. litt. Anzeig.* 1799. nr. 183.

Ad pag. 143. *lin.* 11.

In noua ed. vol. V. cap. XX. p. 501. ſqq. vbi plura adieci. Add. *Chriſtph. Meiners* de M. Aur. Antonini ingenio, moribus et ſcriptis, in comment. ſocietat. doctrinar. Gotting. t. VI. p. 107. ſqq. Gotting. 1785. et alia ſcripta in *Brehmii bibliogr. Handbuch.* part. 2. p. 102. ſqq. citata. — *Sturz* in ſpecimine l. Animaduerſion. in Empedoclis carmina, in Beckii comment. ſociet. philol. Lipſ. I. part. I. p. 24. ſqq. aliquot Anton. libri loca emendat explicatque.

Ad

Ad §. 50. CLAVDIVS PTOLEMAEVS.

Ad pag. 145. *sect.* 4. *fin.*

Primum corr. est CCCCLXII. Tum alia praeterea sunt adnotanda. *Gamba* in Osservazioni sulla edizione della Geografia di Tolomeo fatta in Bologna colla data de MCCCCLXII. esposte da *Bartolomeo Gamba.*, Bassano 1796. 4 aut m. 8. refert sententias variorum VV. DD. et copiose refutat, tum anxie describit, quod ad typograhic. pertinet, et euincere studet, illam edition. sub prelo sudasse a. 1472 Idem de Beroaldo, qui an. vicesimum natus suscepit recognitionem ed. Ptolemaei, notatu digna disputat. — Secundum cel. de Murr. *Breitkopf über den Druck der geographischen Charten.* Lipс. 1777. m. 4. p. 6. arbitrabatur, typothetam ponere voluisse notam a. 1491. — De illa edit. Bonon. docte lateque differit cel. *Alter*, in Lipс. *allgem. litt. Anz.* 1800. nr. 102. Exemplaria illius edit. duo vidit *Bure* in bibl. instruct. loco in Introd. iam citato p. 39. sq. Aliud exempl. ex bibl. Askew (nr. 2837. catal.) in bibl. regiam Angl. pro 15 et dimid. nummis aureis (Guineen) emtum, est translatum, (v. The Origin of Printing in two Essays, Lond. 1776 8 p. 176.) Praeterea vnum exempl. est in bibl. caesarea Vindobon, quod curiosius diligentiusque describit cl *Alter*, Dedicatio ad pontificem M. roman. inscripta est: Beatissimo Patri Alexandro Quinto Pont. Max. *Angelus.* Alexander autem ille, Creta ortus, pontifex

tifex factus est 1409 et Bononiae mortuus III. Mai. 1410. Quare sequitur, vt Angelus suam versionem traderet pontifici a. 1409. aut 1410. Huius versionis lat. codex est in bibl. caesarea nr. XX. inter lat. philosophicos codd. sine tabb. geographicis. Ab illius initio legitur: *Translatio huius libri de greco in latinum an. domini* 1409. In calce scriptum est: *Finitum a. Domini* 1437. *currente* 23. *die Februarii.* Vindobonense illud editionis Bonon. exemplar habet signaturas, quas vocant, sed non omnes eodem modo expressas; quod quidam documento esse putant, illam edit. a. 1462. prodire non potuisse, quia, monente etiam *Palmero* in History of Printing p. 54 et 180. Anton Zarotus signaturarum habeatur inuentor ex. gr. in Terentii ed. Mediolan. 1470. Ed. quidem Terentii Mediol. 1476. instructa est iisdem, Ptolem. in exemplari, quod est in B. caesarea habet 25. tabulas geographicas rudes, non aeri, sed plumbo aut orichalco incisas, quas Alter indicat, notatque, eas multum differre ab iis elegantibus, quae sunt in cod. Msto. graecco caesareo. Cum Gamba idem iudicat, Bonon. istam edit. lucem vidisse a. 1472. antiquiorem igitur esse Romana a. 1482., quae plures habeat tabb. geographicas, venustiores typos et cifras ac pulcriorem chartam etc.

Ad pag. 146. *lin.* 10.

V. quae notaui in noua Fabr. B. Gr. edit. vol. V. cap. 16. de Cl. Ptolemaeo p. 274. sq.

Ad

Ad pag. 148. *lin.* 19.

Corr. *Leucho*, et add. *in fol.*

Ad pag. 150. *med.*

De Ptolemaeo, eius prima gr. edid. Eraſmiana, et cod. latinisque antiquis verſionibus curate diſſeritur in noua *Mannerti* edit. Geogr. Graecor. ac Romanorum, Noribergae 1799. 8. p. 184—188. et p. 191—195, de variis lectt. in antiquis codd. atque edit. de tabulis geographic. etiam de *Agathodaemone.*

Ad pag. 153. *lin.* 9.

Poſt voc. *Gravio* add. *Londini*, 1630. 4.

Ad pag. 153. *not.* *.

In *Ptolemaei* Almageſtum libri tredecim conſcripti a *Jo. Regiomontano*, Noribergae ap. Jo. Montanum, et Vlricum Neuber. 1550. fol. — De Almageſto a *Gerardo Cremonenſi* lat. ex arabico verſo v. *Scheibel* in Lipſ. *allg. litt. Anz.* a. 1801. nr. 197.

Ad pag. 154. *lin.* 3.

Plura vero in m. edit. vol. V. p. 280. ſqq. — Edit. Eraſmi Reinhold repetita eſt typis. Witeb. 1569. — Liber ſeptimus ſyntaxeos Ptolemaei gr. cum verſione gallica abb. *Montignot.* Argentor. 1787. 4. — In catal. bibl. *Roſſii* (Romae 1786. m. 8.) p. 153. fin. citantur *Ptolem.* lib. IV. ſyntaxeos et fructus librorum ſuorum, *graece*, Baſil. 1533. 8. Sed vereor, ne

ne in nota anni error typogr. ſit commiſſus. Alii igitur videant.

Ad pag. 155. *lin.* 5.

An, (vti in pluribus catalogis notatum vidi annum,) rectius, 1635?

Ad pag. 155. *lin.* 11.

Sec. m. ed. vol. V. p. 238. ſq.

Ad pag. 156. *lin.* 6.

In noua ed. eſt omiſſum l. c. at forſan in ſupplem. ad illum locum inueniet, conf. Add. ad Introd. II. 2. p. 350. ſq., vbi tamen notandum eſt, etiam *Joecherum* in Lexico eruditor. tom. II. p. 777. diſerte tradidiſſe Frobenium non edidiſſe, ſed in msto reliquiſſe Cl. Ptolemaei magnae conſtructionis mathematicae libros 13 gr. cum verſione lat. Add. praefat. ad vol. V. Fabr. B. Gr. p. XII.

Ad pag. 156. *lin. antepen.*

Conf. de *Nicephori Gregorae* ſcholiis in Ptolem. ad Fabr. B. Gr. vol. VII. p. 637. ſq. nr. 81. et not. *yy*.

Ad pag. 157. *ſect.* 5. *lin.* 1.

Sec. m. ed. (vt aliquoties iam monui,) vol. V. cap. 16. p. 270. et ſqq. p. 283. de *Mon. tignoti* et *Bodii* verſionibus egi. — De verſione antiqua Aſtronomiae etc. germanica, Francof. ad Moen. 1545. v. *von Wolfrum* in Lipſ. *allgem. litt. Anz.* a. 1799. nr. 121. —

Sar-

Sarmatae Europaei poſt Ptolemaeum, et orti ex iis Lettones etc. *Gattereri* recitatio, cuius ſummam leges in ephem. litter. Gotting. a. 1796. nr. 142. Eiusdem Sarmatae, nonniſi Europaei e Ptolemaeo ſolo, II. commentatt. in tomo XII. commentatt. Gotting. ſociet. doctrinar., quae cum tertia ſeparatim quoque editae ſunt. Gotting. 1796. 4. v. Gott. eph. litt. a. 1796. nr. 141.

Ad pag. 160. *med.*

Extrait des recherches ſur le Syſtème géographique de Marin de Tyr, — par *Goſſelin* v. Journ. des Sçav. a. 1791. part. XII. pag. 719. ſqq.

Ad §. 51. *POLYAENVS.*

Ad pag. 161. *ſect.* 3. *lin.* 6.

De ed. Herm. Vultei. controuerſia orta eſt. Adnotante enim cl. *Matthaei* in Lipſ. *allg. litt. Anz.* a. 1801. nr. 52 pag. 493. ſqq. Vulteius in praef. a. 1549. de ſe ſcripſerat, *aetate iuuenili;* tum neque in praefat. neque in dedicat. *codicum* fecit mentionem; ſed in fine tantum pag. 414. *reliqua*, inquit, *in graeco noſtro exemplari deſiderantur.* Ergo vnico tantummodo codice Msto vſus fuiſſe videtur. Neque editio 1550. 4. exſtare, probabile, videtur cl. Matth. Namque prima editio inſcripta eſt: *Polyaeni ſtrategematum* ad DD. Antoninum et Verum impp. *libri octo*, quibus am-

ampliſſima foecundiſſimaque rei militaris doctrina continetur: numquam antea in lucem editi, ac nuper adeo e graeco ſermone in latinum conuerſi., *Iuſto Vulteio*, Vuetterano interprete. Baſileae per Joan. Oporinum. 8. Dedicatio ad Landgrafios Haſſiae Guilelmum et Ludouic. data eſt Baſil. 1549. Contra cl. *Kordes* in eodem diario litterario, Lipſ. A. L. Anz. a. 1801 nr 199. pag. 1913. ſqq. primum monet, quum Vulteius a. 1575. demum ſit mortuus: editionem *poſt eius mortem* non potuiſſe a. 1550. prodire; ſed patrem ipſum curaſſe editionem 1549. Agit deinde de edit. illius verſionis. Lubec. 1601. 4. In dedicatione ad illam Lubec. edit. ſcripta Marburgi d. 18. Dec. MDC. filius, *Hermannus Vulteius* ipſe narrat patrem, quam adoleſcens eſſet, non amplius, quum octodecim annos natus, vertiſſe Polyaenum. Notatu digna eſt illa praefatio, a Kordeſio repetita, et ea, quae de *Palthenio* eiusque incognita Polyaeni edit profert; atque nr. 200. pag. 1923. agit de Zacharia Palthenio.

Ad pag. 161. *lin.* 21.

Murſinnae ed. non probat cel. *Matthaei* l. c. et errorem quemdam notat.

Ad pag. 162. *ſect.* 6. *lin.* 3.

Interpretationis franco-gallicae, cum notis, auctor eſt *Guil. Alexis Lobineau*, mort. 1727., poſt cuius mortem in lucem produxit illam *Pierre Nic. Deſmolets*, Paris. 1739. 12.

II.

II. tom. rec. ib. 1743. 12. v. cat. bibl. Bunau. vol. I. pag. 174. ſq. et *Taſſin gelehrte Geſchichte der Congregat. von S. Maur.* II. pag. 143. — Anglice vertit *R. Shepherd.* Londini. 1793. 4. — Loca quaedam Polyaeni emendat *Paulus Fermat* in litteris ad Ranchin. quas exhibet *Bachetus* in adpendice ad Diophantum pag. 43. ſq. rec. in *Fermati* Opp. variis mathematicis Toloſae 1679. fol. etiam in Murſinnae ed. Polyaeni ſub finem praefat. Plura leges, ſi placet, ad *Fabr.* B. Gr. vol. V. cap. 17. ſect. VI. pag. 321. ſqq.

Ad §. 52. HERMOGENES.

Ad pag. 164. lin. 29.

Sec. meam *Fabr.* B. Gr. ed. libr. 33. §. IV. de *Hermogene*, p. 69. ſqq., vbi plura, praeſertim de codd. et veteribus commentatoribus adſcripſi.

Ad pag. 165. ſect. 4. lin. vlt.

Hermog. artem rhetor. edidit gr. *Io. Caſelius* Roſtok. 1583. 8. — Habeo craſſum volumen inſcriptum: Ῥητορικὴ πραγματεῖα, ἤτοι τῆς ἑρμογένους τοῦ Ταρσέως τοῦ κατ' ἐξοχὴν Τεχνικοῦ καλουμένου, ῥητορικῆς τέχνης ἐξήγησις, συνοψισθεῖσα μὲν ἐκ τῶν παλαιῶν καὶ διαφόρων ἐξηγητῶν καὶ ὡς ἔνι ἀκριβεσατα φιλοπονηθεῖσά τε καὶ ἐπεξεργασθεῖσα, καὶ ἀναπληρωθεῖσα, καὶ ἐλλείποντα ὑπὸ τοῦ ἐν Ἱερομάχοις ἐλαχίστου Ἀθανασίου τοῦ Παρίου. Νῦν δὲ πρῶτον τύποις ἐκδοθεῖσα τοῖς

τοῖς Φιλολόγοις, προθυμίᾳ καὶ δαπάνῃ ἁδρᾷ τοῦ τιμιωτάτου καὶ τὰ μάλιστα Φιλομοῦσου Μεσὲρ (h. e. *Monsieur*) Μικὲ (Μιχαηλ) Καράλη, ἀνδρὸς χιοπολίτου καὶ τὰ πρῶτα Φέροντος τοῦ Εὐπατριδῶν. Διορθωθεῖσα μεθ' ὅσης οἷόν τε τῆς ἐπιμελείας παρὰ Σ. Β. Δ. τοῦ Φ. Φ. Ἐνετίησιν ἀψηθ'. 1799. Πάρα Νικολάω Γλυκεῖ τῳ ἐξ Ἰωαννίνων 4. Est *Hermogenis* rhetorica cum supplementis *Athanasii*, Prof. rhetor. Logices et Metaphysices in schola Graecorum Veneta. Is inuenit in bibl. monasterii Iber. in monte Athos catenam III. et IV. interpretum, quos etiam adhibuit. Hermogenes autem omiserat genus demonstratiuum; ideo in hac edit. optima et correcta artem rhetoricam excipit ἐγχειρίδιον διδάσκον ἴδια τὰ περὶ τοῦ ἐπιδεικτικοῦ γένους. V. etiam cl. *Alter* in Lips. A. L. Anz. a. 1800. nr. 166. col. 1638. sq. Sed plura sunt memoratu digna in hoc volumine, quae ita sese excipiunt: 1) *Aphthonii* progymnasmata; 2) prolegomena in vniuersam *Hermogenis* rhetoricam; 3) *Hermog.* rhetor. περὶ τῶν Στασέων 4) eiusd. de inuentione, tom. I. II. III. et IV. περὶ σχημάτων ἢ περὶ ἑρμηνείας. 5) noua incipit paginarum series, περὶ τοῦ ἐπιδεικτικοῦ ἐγχειρίδιον 6) octo annalyses, rhetoricae a) orat. *Demosthen.* περὶ παραπρεσβείας, b) eiusd. primae orat. Olynth. c) eiusd. tertiae orat. contra Philippum; d) declamationis 26. *Libanii;* e) prima oratio τοῦ Ἰταλοῦ Πάτρε Σεγνέρου, Σενιερὶ, de morte, cum insequenti illius expositione rhetorica; f) analysis primae orat. Meniati; g) quintae or. τῆς ά. Περίοδου de poenitentia; orat. τοῦ Δεσ-

ποτικοῦ

pag. 56. ſqq. Noriberg. 1790. 8. — *Galenus vom Aderlaſſen gegen den Eraſiſtrat, überſetzt und mit Anmerkungen verſehen von M. v. Gallaba.* Vindobon. 1791. 8. v. etiam Add. ad Introd. II. 2. pag. 351.

Ad §. 57. de *ALEXAN. NVMENIO.*

Ad pag. 178. *ſect.* 3. *lin.* 1.

Corr. pag. 486. ſ. in noua ed. vol. VI. cap. 34. pag. 135.

Ad §. 58. *HYPSICLES.*

Ad pag. 178. *lin.* 8.

Ab *Hambergero in zuverl. Nachricht.* tom. II. pag. 393. citatur edit. mem. a. 1680. 4. in *Fabricii* autem B. Gr. vol. IV. pag. 20. et in catal. Pinell. tom. I. pag. 325. nr. 1954. ed. a. 1657. 4.

Ad. §. 59. *PAVSANIAS.*

Ad pag. 180. *lin.* 6.

Leg. *magna.* et v. Add. ad Introd. II. 2. pag. 351.

Ad pag. 180. *lin.* 17.

Atque clar. *Facius* curauit editionem praeclaram, inſcriptam: Παυσανιου ἑλλαδος περιηγησις. *Pauſaniae Graeciae deſcriptio.* Graece. Re-

Recenſuit, ex codd. et aliunde emendauit, explanauit *Io. Frid. Facius*; tom. I. Lipſiae, in bibliopol. Schaeferiano. 1794 m. 8. (ex codd. Vindobon. et Moſquenſi lectiones vel meliores in textum recepit, vel eas et coniecturas tam ſuas, quam aliorum, in animaduerſ. quae modo criticae ſunt, modo exegeticae, notauit. Iure laudatur opera atque eruditio *Facii* in ephem. litter.; quaedam tamen emendationes proponuntur in cenſura primi tomi in Kilon. vniuers. bibl. germ. vol. 22. part. I. fasc. 1—4. a. 1796. p. 24. ſqq. — tom. II. ibid. 1795. — tom. III. cum quatuor vtilibus indicibus. ibid. 1796. — Acc. tom. IV. continens *Romuli Amaſaei* interpretationem latin. ib. 1796.

ad pag. 181. ſect. 4. lin. pen.

Goldhagen. verſioni ſuae germ. etiam adiecit obſeruatt. — ea iterum prodiit a. 1799. — Noua editio verſionis gallicae, a *Gedoyn* factae, cum animaduerſion. prodiit Paris. an. 2. (1793.) IV. voll. 8. — Italica interpretatio, Viaggio iſtorico della Grecia, Rom. Deſiderj. 1792—1793. V. tom. 4. — Anglica — with notes, in which much of the Mythologie of the Greeks is unfolded from a Theory which has been for many Ages unknown (by *Th. Taylor.*) London. Faulder. 1794.*) III. vol. 8. cum figg. et tabulis.

Ad

*) Aut a. 1793. ſec. *Brüggemann* View etc. pag. 359. vbi alia Britannorum, qui in vertendo aut

Ad pag. 182. sect. 6. lin. 1.

Sec. m. edit. libr. IV. cap. 17. vol. V. pag. 307. sqq. vbi alia quaedam notaui.

Ad pag. 183. lin. 17.

Leg. *Polygnoti*: et pag. 184. lin. 1. scr. comm. I. 1790. — comm. II. 1791. — *Lessing.* in Obss. criticis in ordinem redactis a *J. Fr. Jac. Reichenbach*, Berol. 1794. min. 8. pag. 91. sqq. explicat illustratque *Pausan.* Eliac. cap. 18. pag. 442. ed. Kuhn. de figura et repraesentatione mortis in cista quadam et pag. 143. sq. interpretatur *Pausan.* IV. pag. 762. — cl. *Sturz* in tertio Pr. de nominibus Graecor. pag. 10. sq. ap. Pausan. tom. I. pag. 77. ed. Facii, pro Τάνταλος legere iubet Τάλως, et in libr. IX. 36. Ἄωρις legitur pro χλωρις. — In *Millin* Mag. encyclop. tom. VI. an. 7. pag. 22—32. legitur epistola *Clauierii* ad Corrayum de noua, quam parat, Pausaniae versione franco-gall. quamque *Visconti* commentar. archaeologicus ornabit, Barbié du Boccage geographicis notis illustrabit. Haud omnino laudat Facii editionem Clauierius, atque in textu graeco emendando versatus, adhibitis aliquot codd. Parienſib. suarum emendationum proposuit specimina, quae paucis repetita sunt in *Beckii* comm. societ. philol. Lipsi. III. part. I. pag. 140.

Ad

illustrando Paulania versati sunt, scripta enumerantur.

Ad §. 60. LVCIANVS.

Ad pag. 184. *ſect.* 2. *lin.* 9.

Leg. *Gallias.* De Luciani aetate v. quoque Add. ad Introd. II. 2. pag. 351.

Ad pag. 187. *lin.* 17.

Sec. m. ed. libr. V. cap. 9. vol. VIII. pag. 406. not. — mox lin. 25. v. Fabr. m. ed. libr. IV. cap. 18. de *Luciano*, vol. V. p. 344. ſq.

Ad pag. 188. *lin.* 3.

Corr. tom. II. — Ad pag. 189. de dialogo *de morte Peregrini Fabr.* l. c. pag. 340. ſq. m. edit. Ex illo dialogo poſſe doctrinam ſ. religionem chriſtianam egregie illuſtrari, monent *Huetius* in demonſtratione euangel. pag. 62. *Buddeus* in diſſ. de veritate religionis chriſtianae, philoſophorum gentilium obtrectatione confirmata, (Jenae. 1711. et 1727. rec. in Miſcellan. ſacris, tom. I. pag. 451—522.) pag. 475—481. et *Iortinus* in adnotatt. ad hiſtor. eccles. tom. I. pag. 145. Praeter ea *Frid. Theodor. Withof.* in Pr. 1762. et 1763. Lingae editis, putat, Lucianum in eo nobiliſſimam hiſtoriae moſaicae particulam, hucusque ſepultam quaſi et a nemine obſeruatam exhibere. Add. *Tenzelii* exercitatt. ſelectas, part. I. pag. 142. et *Io. Andr. Schmidtii* hiſtor. ſaec. II. fabulis variorum maculatam p. 20—27. — Quem Lucianus (cap. 13. dial. pag. 337. vbi v. interpr. in ed. *Reitzii*,) per νομοθέτην πρῶτον Chriſtianorum intelligere videatur, vi-

ri docti non consentiunt. Fabricius l. c. p. 341. arbitratur, Ioannem euangelistam eo significari. Contra innui Christum, opinatur *Tob. Pfannerus* de catechumenis cap. I. §. 15. pag. 13. sed, quia primum legislatorem ab ἀνεσκοπισμένου ἄνδρου distinguat Lucianus, negant illam interpretationem *Lampe*, (qui fuisse videtur hypothesi de Ioanne) prolegg. ad Ioh. lib. I. cap. 6. §. 9. pag. 100. *Buddeus* l. cit. ac *Tanaquil Faber* ad suam dialogi Lucianei edit. Paris. 1673. 4. pag. 68. qui intelligit Paullum apostolum. Enimuero, quoniam Lucianus Peregrinum distinguat a primo Christianorum legislatore, *C. Buttinghausenio* in Pr. Heidelbergae 1761. (v. *Tübingische Berichte* a. 1761. nr. VII. VIII.) et in bibl. Hagana, class. III. fasc. 1. nr. 6. in comm. de primo Christianorum legislatore apud Lucianum in Peregrino, postquam p. 178 — 184. diversas variorum recitauit sententias p. 184. Lucianus videtur neutiquam in mente habuisse Paullum apost. sed Petrum, legatum diuinum, qui et φιλαδελφίαν et opera caritatis aeque ac Paullus, passim I. Petr. I. 22. II. 17. III. 8. V. 9. in II. epist. I. 7. commendet.

Ad pag. 190. *lin.* 1.

De hac *Florentina* et de aliis edd. Luciani tam graecis quam latinis v. ad *Fabr.* B. Gr. V. pag. 348. sqq.

Ad pag. 190. *lin.* 23.

Scr. VIII. voll. — Editionis Bipontinae vol. X. additum est a. 1793. Virtutes et vitia il-

illius edit. liberius indicantur in Jen. A. L. Z. a. 1800. nr. 120—122. vbi aliae quorumdam opuſculorum edd. ſimul recenſentur; in his vberius examinatur et laudatur editio, quae noua quodammodo eſt recenſio: Λουκιανου Σαμοσ, ἁπαντα. *Luciani Samoſat. Opera omnia*, maxime ex fide codd. Paris. recenſita. Edidit *Frider. Schmieder*, Gymn. Luther. Hal. collega. tom. prior. Halae Magdeb. 1800. mai. 8. — Acc. tomus *poſterior*, cum additamento ad tomum priorem, ibid. 1801. Ad poſterior. tomum ornandum accepit VV. LL. plurium opuſc. Lucian. ex cod. Goerlicenſi et codd. tribus Auguſtanis deſcriptas. In praefat. promiſit commentarios in omnes Luciani libros.

Ad pag. 193. med.

Aliquot Platinae verſionis edit. hic memorare lubet: *Luciani Samos.* Saturnalia. Cronoſolon, i. e. ſaturnalium legum lator. Epiſtolae Saturnales. De luctu. Abdicatus Icaromenippus ſ. hypernephelus. Toxaris ſ. amicitia. Alexander ſ. Pſeudomantis. Gallus ſ. ſomnium. Timon. Miſanthropus. Pro tyrannicida declamatio. *Eraſmi* declamatio lucianicae reſpondens. De iis, qui mercede conducti degunt. Dialogi XVIII. Hercules gallicus. Eunuchus ſ. Pamphilus. De ſacrificiis. Conuiuium ſ. Lapithae. De aſtrologia. *Des. Eraſmo* interprete ex poſteriori recognitione. Baſil. per Jo. Froben. 1517. 4. v. *Panzeri* A. T. vol. VI. pag. 202. nr. 196. — (De prio-

priore ed. 1514. 4. v. Fabr. l. c. pag. 351. sq.) Eadem cum additamento in fronte libri: *Aliquot item ex eodem commentarii, Thoma Moro* interprete, quos*) in calce huius libri numeratos reperies. Quibus si graece scripta, quae propediem, diis propitiis, adiicientur, conferat studiosus lector, facile cognoscet, arbitror, cuiusmodi res sit peregrinam linguam, vt in aliam quamuis, ita in Latinam bene ac fideliter vertere. Basil. ap. Jo. Froben. M. D. XXI. (1521.) fol.

Luciani Samos. Hermotimus, seu de sectis dialogus sane perquam elegans ac festiuus, *Obsopoeo* interprete. Eiusdem item dialogi amatorii quatuor, *Chiliano Mansueto* interprete. *Plutarchi* Chaeronensis de liberorum educatione libellus, *Jo. Metzler* interprete. Iam omnia haec recens versa ac edita. Haganoae, per Jo. Secerium. 1527. 8. De hac editione et memoratis interpretibus docte copioseque disseruit *Fr. Otto Mencken.* in Miscell. Lipsi. nouis, vol. VI. part. IV. p. 569—576. — *Luciani* elegantissima aliquot opuscula, iam recens per *Vincent. Obsopoeum* latinitate donata. Haganoae per Jo. Sec. an. MDXXIX.

*) A Moro h. l. pag. 244. sqq. versa sunt opusc. Luciani: Cynicus. Menippus siue Necromantia: Philopseudes s. incredulus: declamat. pro tyrannicida. versiones quae ab Erasmianis pag. 136—175. sunt diuersae. — Editio *graeca*, in titulo promissa, forsan per ed. Aldinam retardata, tum temporis nondum adspexit lucem. — Opusc. a *Moro* versa, sunt quoque in eius Opp. Francof. et Lipsi. 1689. fol. p. 257. sq.

MDXXIX. (1529.) in fine: Apud Haganoam per J. Secer. excudebatur, a. Dom. MDXXIX. menſe Mart. in 8.

Luciani Samos. Inſomnium, ſeu vita. Ad liberalium diſciplinarum ſtudia commendanda plurimum conducens. Idem dialogus eiusdem, (graece.) *Franciſc. Paedareus* Salisburgen. M. D. XXXVI. 8. In fine: Auguſtae procuſit Philippus Vlhardus, menſ. Januar. 1536. v. *Panzeri* A. T. vol. VI. pag. 170. nr. 266, — Add. *Bünau.* catal. I. pag. 175. vbi multae edd. atque verſiones praecipue ſcriptorum ſeorſim editorum enumerantur. — Editt. atque verſiones, a doctis Britannis curatae, aliaque Britannorum ſcripta, in quibus Luciani quaedam opuſc. aut loca vel emendantur, vel illuſtrantur, late indicantur a *Brüggemanno* in View etc. p. 360. ſqq. et in Supplement etc. pag. 71. ſqq.

Ad pag. 194. lin. 27.

Leedes edit. dialogorum ſelectorum cum ſcholiis primum prodiit Londini 1678. 12. — rec. Cantabrig. 1704. 8. — Dein, altera parte aucta, accedentibus notis Graeuii, Gronouii, Ienſii et ſcholiaſte graeco, Lond. 1710. 8. — 1726. 8. — 1730. et 1736. 8. Conf. noua acta erud. ſuppl. tom. II. ſect. V. pag. 149. — *Luciani* quomodo hiſtoria conſcribenda ſit. Edidit ac notis illuſtrauit *Franc. Riollay* (cum vers. latina ex ed. Reitzii depromta, in notis interdum emendata,) Oxon. e typogr. Clarendon. 1770. 8.

Ad

Ad pag. 195. med.

Luciani Samos. quaestio, quomodo historia sit scribenda, graece. Selectis aliorum suisque animaduerss. illustrauit et indicem vocabulorum ac rerum adiecit M. *Aug. Frid. Wilh. Rudolphus*, ord. philos. in acad. Viteberg. Adiunctus. Lipsiae 1797. 8. Basis est ed. Reitzii, correctis tamen erroribus typographicis aliisque. In animaduerss. de veritate lection. et sensus agitur, et emendationes proponuntur. v. Eph. litter. Lipsiae a. 1797. plag. 87. p. 659. sqq. et bibl. vniuers. germ. Kilon. vol. 36. part. I. fasc. 4. p. 266. sqq. vbi laudatur quidem clar. Rudolphi opera; sed bonae correctiones atque interpretationes locorum quorundam adduntur. — Eadem laudatur, adspersis tamen quibusdam animaduerss., item *Bremeri* ac *Gehrichii* edd. (paullo post memorandae,) commendantur, contra *Martini* ac *Bielingii* opera parui aestimatur in Jen. A. L. Z. a. 1800. nr. 120—122.

Ad pag. 197. lin. 9.

Schierii edit. in nouo tituli folio notam a. 1796. 8. Brunsuici, quasi noua esset editio, tantummodo accepit. *J. Chr. Bremer* cum notis edidit gr. *Luciani* dial. deorum. Lipsiae. 1790. 8. — Pariter dialogus mortuorum, ib. 1791. 8. — *Sammlung einiger Schriften aus Lucians Werken, zum Gebrauche für Schulen, herausgegeben u. mit einem Regiſter von Ch. E. Gehrich, Rector der Schule zu Goslar.* Gottingae. 1797. 8. sunt XII. dialogi, exclu-

cluſis dialogis deorum ac mortuorum. Textui ſunt ſubiectae memoratu digniores VV. lectt. et correctiones ex Reitzii editione excerptae. Conf. nou. bibl. germ. vniuers. Kilon. vol. 36. part. I. faſc. IV. pag. 271. ſq.

Lucians Timon oder Menſchenfeind. Mit erläuternden Anmerkungen, einem vollſtändigen Wortregiſter und einer Abhandlung über Lucians Lebensumſtände, Schriften, Ausgaben, und Ueberſetzungen, zum Gebrauch für Schulen, und Gymnaſ. Lipſ. 1796. 8. — *Lucians Göttergeſpräche, überſetzt, mit Anmerkungen. Ein Verſuch von J. H. Quentel. Mülhaus.* 1796. 8. De vtraque edit. v. bibl. Kilon. laudat. a. 1798. vol. 38. part. I. faſc. IV. pag. 235. ſq.

Ad pag. 198. lin. 6.

Opera *Luciani* in anglicum ſermonem tranſlata a *J. Carr.* Londin. III. priora voll. 1786. et duo reliqua voll. demum a. 1798. 8. ap. Longmann, cum adnotatt. noſtra potiſſimum tempora ſpectantibus. Liberalis, at bona dicitur eſſe, verſio, reſciſis obſcoenioribus. v. Monthly Magaz. m. Mart. 1798. nr. 29. pag. 220. — Podagra et Anacharſis a *Weſtio* anglice vers. cum *Pindari* odis. vol. I. pag. 237. ſqq. Londin. 1749. 4. v. act. erud. Lipſ. 1753. m. Febr. pag. 90. ſqq. — Le Songe de *Lucien*, la Fable des Alcyons et du Miſanthrope du même Auteur, trad. en Fr. par *P. F. Lavaux*. Paris. ap. Didot. 1801. 8. cum notis grammaticis. — Variae VI. codd. numquam antea col-

collatorum lectiones a *Bellin du Ballu* in ſua verſione gallica enotatae, in *Schulen-Magazin*, II. 1. 1791. ſunt excerptae. — Dialogi mortuorum in belgicam linguam conuerſi notisque illuſtrati a B. V. F. Vltraiecti ad Rh. pars I. 1791. 8.

Ad pag. 199. ſect. 6. lin. 1.

Sec. m. edit. vol. V. pag. 325. ſqq. — Add. *Kiſtemacker* in adpend. II. ad Thucydid. edit. Bipontinae illuſtratum ac emendatum, Monaſterii 1791. p. 131. ſqq. in Luciano explicando verſatur. — M. *With. Lange* Animadverſiones ad quosdam Luciani libellos, (n. eos, qui in Wolfii collectione reperiuntur,) vna cum diſſ. de fabulis romanenſibus, vt vocantur, hiſtoricis. Halae Sax. 1795. 8. Conf. cenſuram in bibl. vniuers. germ. Kilon. vol. 28. part. 1. faſc. 4. pag. 270. ſq. — *Santenii* obſeru. ad Lucianum de Saltat. c. 36. tom. II. pag. 289. excerptae in *Beckii* comm. Lipſ. ſoc. philol. II. part. 2. pag. 158.

Ad §. 61. *AELIVS ARISTIDES.*

Ad pag. 202. ſect. 1. et 2.

De patria, aetate, peregrinationibus, vita, ſcriptis, editt. etc. Ariſtidis plura notaui ad *Fabricii* B. Gr. libr. IV. cap. 32. vol. VI. p. 12. ſqq. quae hic repetere nolo.

Ad pag. 204. lin. 2.

Ariſtid. cum aliis opuſculis ex *latina Guil. Canteri verſione* prius prodiit Baſil. ap. Petr. Per-

Pernam 1566. fol. quatuor tom. in vno volumine. Subiungitur Canteri libellus de ratione emendandi ſcriptores graecos, in quo ex Ariſtide potiſſimum exempla repetit. Vſus eſt edit. Ariſtidis Florentina, ab Arlenio cum Mſs. collata. Vid. de hac et ſequenti edit. Fabric. l. c. pag. 36. — Editio autem *graeco-lat.* ab ipſo *Guil. Cantero*, qui nondum XXXIII. annos natus, iam d. 18. Mai. 1575. mortuus eſſet, curari non potuit. Repetita tamen ſunt in hac ed. praeter interpretationem Canteri latinam, Canteri epiſtola nuncupatoria ad Maximilian. II. imperator. editioni verſionis lat. praemiſſa, et Canteri in Ariſtidem prolegomena, in quorum fine, ſe, profitetur, omnia fideliſſime conatum eſſe interpretari. „In erratis porro, inquit, corrigendis ea ſumus vſi libertate, quam ſcriptor a multis iam ſaeculis neglectus merito concedebat, ita tamen, vt audaciam nimiam diligentiſſime cauerimus. Ac in duabus quidem orationibus. Panathenaica, et proxima, in Vrbem, ab Aldina editione nonnihil adiuti ſumus, in reliquis autem noſtri ingenii coniectura qualicunque, rationis tamen haud experte, ſemper fere vſi ſumus." Denique declarat, codicem ab Arlenio collatum, ſuas coniecturas permultas confirmaſſe, et nouas emendationes aliquot, nec non defectuum ſupplementa ſubieciſſe. — Secundam hanc verſionis editionem et Ph. Iuntae Florentinam edita eſt illa *P. Stephani*, inſcripta: Ἀριστείδου λόγοι, *Aelii Ariſtidis Adrianenſis* oratorie

ris clariſſimi, orationum tomi III. Interprete *Guilielmo Cantero*, Vltraiectino. Adiunximus varias eiusdem *Gulielmi Canteri* et aliorum lectiones, lectoris iudicio examinandas. Vna cum indice duplici: altero gnomologiarum: altero rerum et verborum, eoque locupletiſſimo. Oliua Pauli Stephani. Anno M.DCIV. 8. ſine vlla editoris praefatione. Typographus tamen in tom. III. indici praemiſit *varias lectiones* tam *Guil. Canteri* quam et ex alterius codice, quas, ait, examines Lector, et in textum remittas, vt plerasque omnes neceſſarias. Stephan. autem in Panathenaica et in Romam oratione Aldinum ſequutus eſt exemplar et contra fidem Canterianae verſionis, atque omiſit non ſolum Canteri notas marginales, ſed etiam ὑποθέσεις graecas in Panathenaicam atque orationes Platonicas, in graeca Iuntina editione obuias.

Ad pag. 204. lin. 5.

Corrige *Hagan.* 1535. et conf. Introduct. I. pag. 173. ſq.

Ad pag. 206. de PHRYNICHO, ſect. 6. lin. 1.

Sec. m. edit. cap. 36. vol. VI. p. 175. ſqq.

---

*Ad §. 63. IAMBLICHVS.

Ad pag. 207. lin. vlt.

In *Paciaudii* proloquio §. 11. pag. IV. ſq. ed. Longi e rec. *G. H. Schaeferi* Lipſ. 1803. 12.

Ad

Ad pag. 208. *lin.* 3.

Sec. m. edit. cap. VI. vol. VIII. pag. 152. ſqq. vbi quaedam adieci, praſertim in nota y.

Ad §. 64. *IVLIVS POLLVX.*

Ad pag. 209. *lin.* 3.

Corr. *per Balthaſarem Laſium et Thom. Platterum.*

Ad pag. 210. *ſect.* 6. *lin.* 2.

Sec. m. edit. cap. XXXV. vol. VI. pag. 141. ſqq.

Ad pag. 211. *de ADRIANO. lin.* 5.

In noua edit. cap. XXXII. vol. VI. pag. 50. ſqq.

Ad §. 66. *SEXTVS.*

Ad pag. 212. *lin. antepen.*

Exemplar. Antwerp. 1569. eſt in bibl. publ. Erlangenſi.

Ad pag. 212. *lin.* 18.

Sexti Empirici Opera, ex recens. Fabricii curauit et commentario illuſtrauit *J. G. Mund.* voluminis I. pars prior, (quae continet textum gr. hypotypos.) Halae. 1796. 4. Vitia typographica, praecipue interpunctio ed. Fabric. interdum bene emendantur; inter-

terdum tamen noua operarum vitia sunt orta, nec vbique melior facta est interpunctio. Germanice vers. a *J. G. Buhle.* tom. I. Gottingae. 1801. 8.

Ad pag. 212. *sect.* 6. *lin.* 1.

Sec. m. edit. cap. XXI. vol. V. p. 527. sqq.

Ad §. 67. *MOERIS ATTICISTA.*

Ad pag. 213. *lin.* 1.

Inscriptio libelli est: Μοιριδος Αττικιστου Λεξεις Αττικων και Ἑλληνων κατα στοιχειον. Ἐκ θεατρου ἐν Οξονια. Ἐν τῳ ἔτει αψιβ. Post Moerin peculiaris sequitur inscriptio: *Gregorius Martinus ad Adolph. Mekerchum* pro veteri et vera graecarum litterarum pronuntiatione. E bibliotheca Cl. V. Joannis Seldeni. Oxoniae e theatro Sheldoniano. 1712. 8.

Ad pag. 214. *sect.* 4.

Quae Fabricius vtroque loco cit. Iscripserat, ea coniuncta et aliquantum auctiora reposui in noua B. Gr. edit. libr. IV. cap. 36. sect. V. vol. VI. pag. 171. sqq.

Ad §. 68. *MAXIMVS TYRIVS.*

Ad pag. 214. *sect.* 4. *lin.* 6.

Pacii s. *Paccii* versio primum edita est Romae ap. Jac. Mazochium 1517. fol. — De edit. Basil.

Basil. 1519. fol. v. *Panzeri* A. T. vol. VI. pag. 210. sqq.

Ad pag. 216. *sect.* 6. *lin.* 1.

Sec. m. edit. cap. XX. vol. V. pag. 515. sqq.

Ad §. 61. *PHILOSTRATI.*

Ad pag. 218. *lin.* 5.

Vulgarem sententiam *Tiedemannus* quoque in *Geist der spekulativen Philosophie*, tom. III, pag. 110. sqq. oppugnauit. Vid. *Fabr.* B. Gr, vol. V. p. 541. sq.

Ad pag. 219. *lin.* 22.

Corr. (1502.) *fol.* v. not. *d.* ad *Fabr.* l. c. pag. 545.

Ad pag. 222. *lin.* 20.

Corr. 1680. *fol.*

Ad pag. 223. *sect.* 6. *lin.* 5.

Sec. m. edit. cap. XXII. vol. V. p. 540. sqq. *Ueber den jüngern Philostratus u. seine Gemälde-Beschreibung v. M. P. I. Rehfues.* Tübing. 1800. 8. Conf. eph. litt. Erlang. a. 1800. nr. 40. m. Febr. — Cel. Heynii Pr. I — VIII. Philostrati maginum illustratio. Gottingae. 1796 — 1799. fol. (Multa Philostrati loca in notis emendantur.) — Eiusdem Pr. duo: Philostrati iunioris imaginum illustratio. ib. 1800.

1800. fol. quae omnia, aucta et recusa sunt in *Chr. G. Heynii* Opusculis academicis, vol. V. Gottingae 1802. m. 8. pag. 1. sqq. et pag. 196. rec. est progr. (Gottingae 1801. fol. prius editum:) *Callistrati* statuarum illustratio cap. 1—14. ac p. 222. sqq. additum est Epimetrum in Philostratos et Callistratum. — Huius nimirum *Callistrati* ἐκφράσεις, seu quatuordecim imaginum sive statuarum *descriptiones* addi solent editionibus Philostratorum. *Callistratum* quidem antiquiorem Philostratis esse putabat *Fabr.* l. c. §. XIII. (vbi p. 558. sqq. persequitur illius vitam atque aetatem, et ego plura adnotaui;) *Heyne* vero p. 198. illis seriorem. Neque cl. *Frid. Jacobs* in Animadverss. criticis in Callistrati statuas et Philostratorum imagines; acc. descriptio nondum edita anaglyphorum in templo Apolloniadis, (etiam inscr. Exercitation. critic. in scriptores vett. tom. II.) Lipsi. 1797. m. 8. pag. 5—7. probat Fabricii sententiam; negat quoque, illum fuisse *Callistratum Aphidnaeum*, tempore Demosthenis viventem, (quae erat opinio Meursii). Add. *Ruhnken.* in historia critica oratorum graecor. pag. LVIII. sqq. de Callistrato Aphidnaeo. — Icones a Philostrato semore non ex ingenio describi, sed vere fuisse, multumque posse artificibus prodesse, contendit cl. *C. A. Böttiger* in: *Archäologisches Museum* etc. Weimar. 1801. 8. pag. 19.

Ad

Ad §. 70. de ZENOBIO.

pag. 225. *lin.* 11.

In noua Fabr. edit. cap. XI. §. III. vol. V. p. 108. ſq.

Ad §. 71. OPPIANVS.

Ad pag. 231. *ſect.* 6. *lin.* 1.

In noua Fabr. edit. libr. IV. cap. XXIV. pag. 590. ſeqq. — *Jani Kutgerſii* Gloſſarium graecum nunc penitus reſtitutum, originî ſuae vindicatum atque annotatt. illuſtratum a *Frid. Strunzio*, Vitemberg. 1719. 8. de quo gloſſario eiusque editt. plura ſcripſi ad Fabric. l. cit. p. 600.

Ad §. 73. ATHENAEVS.

Ad pag. 231. *ſect.* 1. *lin.* 7. *et* 8.

In m. edit. cap. XXV. *de Athenaeo*, vol. V. p. 604.

Ad pag. 234. *lin.* 12.

Atque duae *Athenaei* editt. interea lucem adſpexerunt. Prior nondum abſoluta, habet inſcriptionem generalem: Ἀθηναίου — *Athenaei Deipnoſophiſtarum libri quindecim. Graece. tom. I. libr. I—V, continens:* ſpecialem autem: *Athenaei Deipnoſophiſtarum libri quindecim.* Ad editionem Lugdunenſem poſtre-

mam emendatius expressi. Acced. *Villebrunii* interpretatio gallica et notae itemque *Isaaci Casauboni* animaduersiones integrae. Curauit, virorum doctorum emendationes, adnotationes vel editas, vel ineditas adiecit, indices nouos confecit *Godofred. Henricus Schäfer.* AA. LL. M. *Pars* I. *Athenaei textum graecum* (librorum V.) *continens.* Lipsiae in bibliopolio Schäferiano. 1796. m. 8. — *Pars* II. *Villebrunii interpretationem gallicam et notas* continens ib. eod. anno. etiam cum peculiari gallica inscriptione: *Banquet des Savans par Athenée — tom.* I. *Livre I—V. Pars* III. *Is. Casauboni* animaduersiones virorumque doctorum emendationes, adnotationes vel editas vel ineditas continens, aut in peculiari inscript. *Casauboni animaduerss. — — tom. I. anidmadu. Is. Casaub. libr. I—V. continens.* ibid. eod. anno. — Praestantior tamen est editio huius sententiae; Ἀθηναίου — *Athenaei Naucratitae Dipnosophistarum libri quindecim.* Ex optimis codd. nunc primum collatis emendauit ac suppleuit; noua latina versione et animaduersionibus, cum Is. Casauboni aliorumque, tum suis illustrauit, commodisque indicibus instruxit *Jo. Schweighäuserus*, — T. I. continens textum priorum trium librorum et tom. I. animaduerss. in duo priores libros. Argentor. ex typogr. societ. Bipont. an. IX. (1801.) — tom. II. siue textus libror. IV—VI. et tom. II. animaduerss. in III. et IV. libros. ac tom. III. animaduerss. in V. et VI. ibid. a. X. (1802.) conf. ephem. litt. Gothan.

a.

a. 1802. ſeid. 101. p. 878. ſqq. vbi cenſor quasdam profert emendatt. et cl. *Beckii* comment. ſoc. Lipſ. philol. III. 2. p. 377., vbi cenſor iudicat, in emendandis poetarum fragmentis opera editori minus feliciter ceſſiſſe, et p. 378. laudat libellum: Obſeruationes criticae in Athenaeum ſcripſit *Raphael Fiorillo*. Pars prima. Gottingae 1803. 8.

Ad pag. 234. ſect. 6. lin. 1.

Sec. m. ed. vol. V. p. 602. ſqq. add. *Brehmii bibliogr. Handbuch* tom. II. p. 241. ſqq. — *Leſſing* in Obſſ. criticis, in ordinem redactis a *J. Fr. Reichenbach*, illuſtrat. *Athen.* I. p. 20. ed. Caſaub. et libr. II. p. 44. de *Lampro* pag. 22. et 31. ſqq.

Ad pag. 235. lin. 5.

Emendatius in *Ilgen.* Opuſculis philolog. Erfurt. 1797. 8. pag. 247. ſqq. nr. VI. cum Ruhnkenii notis et Ilg. 319. commentar. v. Ien. A. L. Z. a. 1800. nr. 134. p. 332. ſqq., vbi a cenſore eruditae acutaeque adſperguntur animaduerſiones. — Add. *Car. Frid. Heinrich obſeruatt. in Hermeſin. in eius Obſervatt. in auctores vett. partic. I. Hannou.* 1794. 8. et *Brehm.* l. cit. p. 489. ſq.

Ad. pag. 235. lin. vlt.

Addantur: *Vlpiani* rhetoris obſeruationes ex XVIII. Demoſthenis orationibus: a *Paullo Róſa*, Cremnitz-Vngaro, in tom. V. Gnomologiae Demoſthenicae *Balthaſar. Imbricii*. Baſil. 1570. 8.

Ad pag. 237. *ALEXAND. APHRODISIENSIS.*

sect. 4. *lin.* 4.

Memorantur exemplaria cum nota a. 1534. v. *Fabr.* B. Gr. cap. 28. de *Alex. Aphrod.* vol. V. p. 654. et quae ibi in nota *k.* animaduerti.

Ad pag. 238. *med.*

De *Alex. Aphrod.* commentariis in Aristotel. XII. Metaphysic. da codd. atque editt. latinae versionis *Jo. Genesii Sepuluedae*, v. *Fabric.* l. cit. p. 657. sq. ac pag. 658. sqq. de reliquis Alex. Aphrod. libris horumque edd. et de eius *scriptis deperditis* aut nondum editis.

Ad pag. 239. *sect.* 4.

De fato et libertate voluntatis lib. germanice versus a *Jo. Ge. Schulteſſio*, in huius Biblioth. *der griech. Philoſophen.* tom. IV. Tiguri 1782. 8.

Ad §. 74. *DIOGENES LAERTIUS.*

Ad pag. 241. *lin.* 19.

Edit. Bonon. a. 1495. est in 4. et continet latinam *Ben. Brognoli* interpretationem. — Eodem an. Bononiae per Jac. de Ragazonibus prelo emissa est versio italica huius sententiae in 4.: Vite de Philosophi vulgare, libro extracto da D. Laerthio e da altri antiquissimi doctori v. *Paitoni* biblioteca degli Autori — volgarizzati, tom. I. vbi pag. 292—300. multae ver-

verſiones italicae, etiam antiquiores, enumerantur. Add. ad *Fabr.* B. Gr. V. p. 576. ſq.

Ad pag. 242. *lin.* 17.

Loco a. 1593. in aliis editt. ſcribitur nota anni 1594. Cum huius quidem anni indicio deſignatur illa Stephani edit. in catal. Pinell. tom. III. p. 165. (vbi plures Diogenis Laertii editt. occurrunt,) a *Freytagio* l. cit. p. 801. ſq. etc. Cum nota tamen anni 1593. et Longolius et alii excitant illam edit. v. ad *Fabricii* B. Gr. vol. V. p. 572. a me adnotata.

Ad pag. 243. *lin.* 13.

Jo. Pearſon. curam illius edit. tantum ſuſceperat: v. *Freytag.* l. cit. p. 802. ſq. Hinc factum eſſe videtur, vt illa in cat. Pinell. laudato ſic citaretur. Eaedem, (n. Diog. Laert. vitae,) a *Jo. Pearſon* gr. lat. Londini 1664. fol.

Ad pag. 246. *ſect.* 6. *lin.* 4.

Sec. m. edit. Fabr. cap. XXIII. vol. V. pag. 564. ſqq. — Add. de Thalete excerpta e *Diog. Laertio, in neuen Miſcellaneen hiſtoriſchen, politiſchen, moraliſchen, auch ſonſt verſchiedenen Inhalts*, Lipſ. part. VII. pag. 94—118. — *Gotthold Ephr. Leſſingii* emendatt. et illuſtrationes Diog. Laertii in eius *philologiſch. Nachlaſs über griech. und röm. Schriftſteller*, adiect. eius vitae a fratre Car. Gotthelf. Leſſing editae, III. partt. Berol. 1793—1795. 8. — *Franc. Volcmari Reinhardi* progr. de veterum inductione, ad locum Diogenis Laert.

I. III. ſegm. 53. ſq. — *Brehmii bibliograph. Handbuch.* tom. II, p. 342. ſqq. — *Frid. Guil. Sturz* in ſpecimine II. animaduerſionum in Empedoclis carmina, in Beckii comment. ſoc. philol. Lipſ. vol. I. part. II. p. 271. ſq. tentat et explicat verſ. Empedoclis ap. Diog. Laert. VIII. 59.

Ad pag. 248. *ſect.* 4. *lin.* 2.

Add. *cap.* II. *in vol.* IV. *pag.* 615. ſqq.

Ad §. 76. CLAVDIVS AELIANVS.

Ad pag. 252. *fin.*

Griechiſches Leſebuch, enthaltend die intereſſanteſten Erzählungen aus Aelians XIV. *Büchern der vermiſchten Geſchichte, mit grammatiſchen v. andern Anmerkungen, und einem vollſtändigen Wortregiſter, nach Trendelenburgs Theorie der griechiſchen Konjugation eingerichtet; für Schulen und Priuat-Studium herausgegeben von M. Wilh. Lange, Lehrer am Lutheriſchen Gymnaſ. in Halle.* Halle. Halis Sax. 1797. 8. In commoda hac Aelian. Chreſtomathia lectiones codd. aut coniecturae VV. DD. ſunt iuterdum in textum receptae.

Ad pag. 255. *lin.* 5.

Sec. m. edit. cap. XXVI. vol. V. pag. 609. ſqq. — *C. G. Kühn* progr. de via ac ratione, qua Aelianus ſophiſta in hiſtoria animalium conſcribenda vſus eſt. Lipſ. 1777. 4. — *Jo. Her-*

Hermann progr. ad Ael. hiſt. animal. XVI. 6. de voc. φαττάγης (quod ſec. Linneum, *Manis*, a Germanis autem dicitur *Schuppenthier*) Argentor. 1782. — *Jo. Chriſti. Henrici* locum Ael. V. H. XII. 43. vbi Μοδαῖοι memorantur, illuſtrauit in tertio progr. de militibus amicitia deuotis. Witteb. 1792. 4.

Ad pag. 255. *lin.* 13.

Frommanni Pr. auctius et caſtigatius recuſum eſt in eius Opuſculis philologici atque hiſtorici argumenti, tom. I. pag. 407. ſqq. Coburgi 1770. 8. — De criticis *Richteri* obſſ. vide ſupra pag. 39. — *Frid. Jacobs* in Exercitt. criticis in ſcriptores veteres, tom. I. Lipſ. 1796. 8. cap. 1. et 16 et 17. loca quaedam Aeliani et V. H. et hiſt. anim. tentat illuſtratque. — *G. Fr. Creuzer* in adpend. ad diſſertat. de Xenophonte hiſtorico etc. part. I. Lipſ. 1799. varia Aelian. in V. H. loca emendare ſtuduit. Add. *Brehmii bibliogr. Handbuch* etc. II. pag. 5. ſqq.

Ad §. 77. *DIO CASSIVS.*

Ad pag. 258. *not. lin.* 2.

Leg. *et tamen.* — Enimuero notam anni 1591. exhibet quoque exemplar in cat. bibl. Bünau. vol. I. p. 163.

Ad pag. 260. *lin.* 15.

Cel. *Morellius* in cod. quondam Veneto D. Marci nunc Pariſino, ſaec. XI. detexit fra-

fragmenta libri LV. et LVI. de rebus Romanorum, Augusto imper. gestis, quae vna cum variis lectionibus reliquorum, quoad in cod. seruati sunt, librorum et cum eruditis adnotatt. edidit in libello, futuro editori et vero lectoribus Dionis Cassii vtilissimo maximeque necessario, atque inscripto: *Dionis Cassii historiarum romanarum fragmenta cum nouis earundem lectionibus a Jac. Morellio*, bibliothecae Venetae praefecto, nunc primum edita. Bassani, ex typogr. Remondiniana. 1798. 8. In praef. docte disserit de Dionis Cassii libris, inprimis de illo codice. — Recusus est libellus, huius sententiae: *Dionis Cassii historiarum rom. fragmenta, cum nouis earundem lectionibus a Jac. Morellio* — primum Bassani — a. 1798. forma minori vulgata, nunc castigatius, formaque maiori, ad Reimarianam editionem accommodata, denuo excusa typis *J. J. Delance*. Paris. 1800. fol. Versio latina duorum fragmentorum, quam Morellius in sua edit. min. in notis proposuerat, in hac Parisina textui subiecta est. conf. *Beck*. comm. soc. Lipsi. philol. vol. II. part. 1. p. 165. Add. humanissimum *Morell* in Bibliotheca Msta gr. et lat. tom. I. pag. 259. sqq. vbi duas quoque particularum Dionis Cassii versiones lat. ex codd. msst. saec. XV. factas memorat. Altera est *Caesaris oratio ad milites* ex libr. XXXVIII. (tom. I. p. 178. edit.) a *Lauro Quirino*, Patricio Veneto, latine reddita, nonnisi tamen ex media circiter parte, quam ex codice bibl. Malatestianae Caesenaten-

tenſis Frater *Joſephus Maria Mucciolus* edidit in Catalogo codd. Mss. illius biblioth. Caeſenae, tom. II. p. 234. ſqq. — Altera eſt: *Neruae Cocceii et Vlpii Traiani vitae ex Dionis reliquiis*, (a Xiphilino ſeruatis.) *Bonifacio Bembo Brixienſi interprete:* quae adiectae ſunt *Herodiano* ex verſione Angeli Politiani in edit. romana a. 1493.

Ad pag. 260. *lin.* 20.

Viuiani verſionis ital. tom. I. et II. prodierunt Romae 1790. — tom. III. 1791. tom. IV. 1792. — Entretien de Philiſius et de Ciceron, trad. de *Dion-Caſſius* (XXXVIII. 18—29.) avec des Remarques par *Saint Croix*; in Magaſin encyclop. de M. Millin, tom. IV. 7. an. nr. 13. p. 7—32. Verſioni ſubiectae ſunt notae, quae ad criſin atque interpretationem ſpectant: adnotationes autem, in calce adiectae, ſunt philoſophicae et hiſtoricae. — *Penzel* verſionis germ. tom. I. prima ſectio, quae continet libros Dion. Caſſii 36—44. prodiit 1786. 8. — tom. II. ſect. 2. a. 1799. Penzel in altero tomo ſaepe culpat interpretationem Wagnerianam eamque ex latina Xylandri verſione maximam partem, exiſtimat, eſſe factam. Penzelii tamen animaduerſiones hiſtoricae ac geographicae maiorem, quam ipſa verſio, tulerat laudem. De priore tomo v. Bibl. vniuerſ. germ. vol. 76. part. 1. p. 226. ſqq. Jen. A. L. Z. a. 1786. V. p. 389: et Gotting. eph. litt. a. 1788. p. 91. — de poſteriore autem nouam bibl. vniu. vol. 56. part. 2. faſc.

faſc. 8. p. 509. ſqq — *Demokratie v. Monarchie; eine freie Ueberſetzung aus dem Griechiſch. des Dio Caſſius, nebſt einem Fragmente über die Regierungsform in Vranos*, ſine loci veri nota, 1796. 8.

Ad pag. 262. ſect. 6.

Birger. Thorlacii comm. Suetonius, *Dio Caſſius*, Joſephus et Philo imperio Caii Caligulae et inuicem et cum aliis comparati. Hafniae 1797. — *De Moulines* recitatio de Dione Caſſio, in Mem. de l'Acad. des ſc. et B. L. ad an. 1790 et 1791. Berol. 1796. 4. nr. 23. — *Brehm bibl. Handbuch* etc. II. p. 327. ſqq. — *Fabric.* B. G. meae edit. cap. XII. vol. V. p. 138. ſqq. et pag. 149. ſq. de *Xiphilino.*

Ad pag. 262. ſect. 7. lin. 7.

Alia exemplaria ſcriptor. hiſt. Auguſtae in fronte habent notam a. 1568.

Ad pag. 263. de APSINE, lin. 6.

Sec. m. edit. cap. XXXIII. vol. VI. p. 106. ſq. nr. 12.

Ad §. 79. HERODIANVS.

Ad pag. 264. lin. 14.

Corr. 192. et 193. — De duplici edit. Bonon. 1493. v. ad *Fabr.* B. Gr. VI. p. 288. et *Panzeri* A. T. I. p. 227. nr. 173. et 175.

Ad pag. 269. lin. 6.

Vol. III. Lipſ. 1792.

Ad

Ad pag. 271. *ſect.* 5. *lin.* 1.

Sec. m. ed. cap. XXXIX. ſect. VIII. vol. VI. pag. 286. ſqq. add. *Brehm.* bibliogr. Handbuch etc. tom. II. p. 492. ſqq.

Ad pag. 272. *de* AMMONIO SACCA, *lin.* 23.

In primis conſule *Fabr.* B. Gr. libr. IV. cap. XXIX. ſect. XI. vol. V. p. 701. ſqq. vbi quoque p. 702. in nota *gg* et *hh* de *Origene* quaedam adſcripſi.

Ad §. 80. PLOTINVS.

Ad pag. 274. *ſect.* 3. *lin.* 2.

De ed. Florent. 1492. fol. v. cel. Morell. ad Pinelli catal. tom. I. p. 231. ſq. Ibid. memorantur exemplaria *Plotini* opp. lat. ex verſione et cum commentario *Marſilii Ficini.* Baſil. 1562. fol. et Opp. gr. ac lat. ex verſione *Mars. Ficini,* Baſil. impenſis Ludou. Regis. 1615. fol.

Ad pag. 276. *lin.* 1.

Sec. nouam edit. cap. XXIX. vol. V. pag. 676. ſqq. Add. cl. *M. Chriſt. Gottfr. Mulleri,* Rect. Citzenſis ſcholae, progr. de cod. Plotini mst. qui in biblioth. epiſcopali Citzae ſeruatur. Lipſ. 1798. m. 8. Multae lectt. variae ex illo cod. adducuntur. — Concerning the Beautyful, or a paraphraſe translation from the Greek of *Plotinus* Ennead. I. Book VI. by *Thomas Taylor.* Londini 1787. 8.

Ad

Ad pag. 277. §. 85. *de* MINVCIANO, *lin.* 8.

Sec. nou. edit. lib. IV. cap. XXXIII. nr. 13. vol. VI. p. 107. ſq. — et p. 105. nr. 16. de *MENANDRO* rhetore, qui probabiliter vixit ſub finem ſaeculi tertii, et de ed. *A. H. L. Heeren.* Gott. 1785. 8.

Ad §. 84. *DION. CASSIVS LONGINVS.*

Ad pag. 280. *lin.* 14.

Langbaeni ed. a. 1636. et 1638. ex prelo exiiſſe, notatur in *Brüggem.* View, etc. p. 386.

Ad pag. 281. *lin.* 18.

Heinecke edit. prodiit primum Dresdae 1737. mai. 8. — rec. cum praef. *Liſcouii* ibid. 1742. m. 8.

Ad pag. 282. *lin.* 15.

Longin. de ſublimitate. Parmae typ. Bodon. in fol. mai. 4. et min. 8. — *Boilauii* verſio recuſa eſt in *Deſeſſarts* Recueil de Préceptes et d'Exemples ſur le Beau et le ſublime dans les Ouvrages d'Eſprit. Paris 1798. 12. De aliis editt. ac verſionibus et commentatoribus v. ad *Fabr* B. Gr. lib. IV. cap. XXXIII. nr. IX. vbi a pag. 79. de *Longino* agitur, p. 88. ſ.

Ad pag. 283. *not. lin. vlt.*

Corr. 238. Add. *Ruhnken* ad Longin. not. p. 250. ſq.

Ad

Ad pag. 284. lin. 1.

Franc. Buddei diſſ. de eo, quod in oratione divinum eſt, ad ſect. I. D. Longini. Jenae. 1691. 4. Add. ad Introd. II. p. p. 551. ſqq. — *Bruggemann* View etc. pag. 586. ſqq.

Ad §. 83. *DEXIPPVS.*

Ad pag. 284. lin. 5.

Sec. m. edit. libr. V. cap. I. vol. VII. pag. 835. — Conf. *Reitemeieri* comment. de Zoſimi fide, in Volborth. bibl philol. vol. II. p. 230. ſq.

Ad §. 86. *ACHILLES TATIVS.*

Ad pag. 286. med.

Nitidam Achillis Tatii edit. curauit *Lud. Dutens.* Paris. 1776. 8.

Germanice verterunt *Aſt* et *Güldenapfel*, Lipſ. 1802. 8. — Ad gallicas verſiones praeterea pertinent: Les amours de Clitophon et de Leucippe trad. du Grec d' *Achilles Tatius* avec des notes par *Perron de Caſtera*. nouvelle ed. cum IV. figg. Paris 1796. 18. II. voll. — *Barthelemy Mercier* Abbé de St Leger curavit *Bibliothèque des Romans*, trad. du Grec. cont. les narrations d'Amour de *Parthenius de Nicée*, et les affections d'amour par *Plutarche* (I. vol.) *Leucippe et Clitophon d' Achille-Statius.* (II. voll.) Théagénes et Chariclée par

He-

Héliodore (II. voll.) Daphnis et Cloé par *Longus* (I. vol.) Abrocome et Anthia par *Xenophon d' Epheſe* (I. vol.) Cheréas et Callirhoé par *Chariton* (II. voll.) Iſmene et Iſmenias par *Euſtathe.* (I. vol.) Rhodomanthe et Doſicles, par *Theodorus Prodromus.* (I. vol.) L'ane de *Lucien* et l'Hiſtoire véritable du même. (I. vol.) Paris. 1796—1797. 12. XII. voll. praemiſſae ſunt ſingulis tomis hiſtoricae atque litterariae animaduerſiones. — rec. 1798. Omiſſum ibi librum romanenſem gallice vertit *le Brun*: Avantures *d' Apollonius de Tyr*, Roman trad. du grec par M. *le Brun.* Paris. 1798. 12. — *Achillem Tatium* gallice quoque vertit *Clement.* Paris. 1800. 12.

Ad pag. 287. ſect. 6. lin. 1. et 2.

Sec. m. edit. libr. III. cap. XVIII. nr. XXIII. vol. IV. pag. 41. ſqq. et libr. V. cap. VI. vol. VIII. p. 130. ſqq. — *Brehm bibliogr Handbuch etc.* tom. II. pag. 1. ſqq.

Finis tomi prioris.

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
REFERENCE DEPARTMENT

This book is under no circumstances to be taken from the Building

form 410

MAR 2 8 1927